



E 517|29

84 - 5

Édition excessivement rare,
imprimée à Louvain en 1480.

———— — ———— —



Arnold de Villeneuve born about
1235 passed a great part of his
life at Salernum & Barcelona. He [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible] a handsome
in the Society of Physic [illegible]
[illegible] the MS of [illegible] kept
and on [illegible] to the first paragraph
of work printed at Montispessulanum [Montpellier] in
the year 1480

[illegible]

A 1 missing

Incipit regimen sanitatis salernitanū excellentissimū pro conseruatione sanitatis totius humani generis perutilissimū. necnon a magistro arnoldo de villa noua cathelono omniū medicoꝝ viuētiū gemma vtiliter ac secundū omniū antiquoꝝ medicoꝝ doctrinā veraciter expositū nouiter correctū ac emendatū per egregissimos ac medicine artis peritissimos doctores montispessulani regentes anno millesimo quadrigētesimo octuagesimo predicto loco actu moram trahentes.

Textus.

Anglorum regi scripsit scola tota salerni:
Si vis incolumē si vis te reddere sanū:
Curas tolle graues. irasci crede prophanū
Parce mero. cenato parū. nō sit tibi vanū
Surgere pꝰ epulas. somnū fuge meridianū
Non mictum retine. nec comprime fortiter anum
Hec bene si serues tu longuo tempore viues.

Commentum

Iste est libellus editus a doctoribus salerniensibus in quo inscribunť multa et diuersa pro conseruatiōe sanitā. tis humane. et editus est iste liber ad vsum regis anglie Et in textu lecto auctor ponit octo documenta generalia pro conseruatione sanitatis de quibus postea specialiter per ordinē determinabitur. Primū ergo documentū est ꝙ homo sanus volens viuere debet ab eo remouere graues curas. Nam cure exsiccant corpora. ex quo tristificant spiritus vitales. modo spiritus tristes exsiccant ossa. Et sub isto documento etiā comprehendi debēt tristicie que similiter corpora exsiccant et infrigidant. maciem et extenuationem inducunt: cor constringunt: et spiritū obtenebrāt ingeniū ebetant et rationē impediunt. iudiciū obscurant et memoriā obtundunt. Verūtamē aliqui pingues et car

Pro monasterio S. ... [illegible]

nosi sunt spiritus a deo mobiles et calidos habētes q eis interdū bonū est tristari vt spiritus calor ebetet et corpus aliqualiter maceretur. Secundū documētū est nō irasci. primo quia ira similiter corpora exsiccat. cum ipsa summe singula membra supercalefaciat: nimia autē calefactio sic citatē inducit teste auicenna prima primi doctrina tercia capitulo primo. secūdo quia ira propter feruorem cordis omnes actus rationis cōfundit. Aduertendū tamē est q quidā frigidi sūt et maleficiati quibus interdū irasci pro= dest in regimine sanitatis vt in eis calor excitetur Terciū est parce vti potu vini. nimia eni repletio vini sūnolētiā pigriciā debilitatē membrorū debilitatē stomachi et mul= ta alia his similia inducit de quibus posterius magis pa tebit. Quartū est parū cenare quia nimia nocturna reple tio dolorē in ventre inducit ac inquietudinē insomneitatē et angustiā prout manifesta patet experientia et inferius magis declarabitur. Quītū est surgere post cibū sumptū quod facit ad digestionē propterea q cibū sumptum fa= cit descēdere ad fūdū stomachi ī quo viget virtus digesti ua. Sextum est nō dormire post prandiū cuius nocumēta postea tangūtur in textu ibi. Febris pigricies. Septimū est non diu retinere vrinā. Ex nimia eni vrine retentione aliquando sequitur difficultas mingendi aut omino pro hibitio a mictu vt testat auicēna decimanona tercii trac= tatu secundo capitulo de difficultate vrine. Similiter ex nimia retentione fecali plura proueniunt nocumēta. In durant eni feces in intestinis propter continuā suctionē venarū meseraicarū cum in testinis cōtinuatarū omnē hu= miditatē a fecibus suggentiū et sic remanēt sicce. Diffici lis exitus in testina opilantes ad quā opilationē propter ventositatum edutionis prohibitionē et aliarum fecum aceruationē sequntur nocumenta in textu posterius posi.

ta ibi. Spasmus ydrops &c. Octauum est non fortiter cõprimere anum. ex hoc enim sequitur tenasmon siue exitus longaonis. Ulterius subdit autor ꝙ omnia ista debite cõseruans longo tempore sanus viuere poterit.

Textus.

Si tibi deficiant medici. medici tibi fiant
Hec tria mens leta. requies moderata dieta

Comentum.

Autor in hoc passu tangit tria remedia generalia pro cõseruatiõe sanitatis nature humane et precipue ipsorum nobiliũ. primũ est ꝙ animus hoĩs debet esse letus & gaudens cum leticia siue gaudium etatem floridam facit hominem in iuuentute conseruat virtutem confortat vitã prolongat ingenium acuit. & ad singulos actus hominez abiliorem reddit Et debet istud gaudium in regimine sanitatis conueniens esse temperatum et non excessiuũ qa excessiuum sincopim et mortem ĩducit. Et maxime gaudiũ cõpetit his qui multũ curãt et solicitudinibus destruuntur. Et potest in ipsis de nouo acquiri per vsum cibi et vini delectabilium et dimissione eorum que tristiciã ĩducunt et inhabitare cũ sibi dilectis et similibus quibus virtus confortatur teste auicenna vndecima tercii capitulo de casu virtutis subito sic dicente. Et sciãs ꝙ virtus augmẽtatur cibo et vino subtili conuenientibus et odoribus bonis et tranquilitate et gaudio et dimissione eorum que contristant et rixari faciunt et renouatione rerum amabiliũ et habitatione cum dilectis. Secundum est tranquilitas animi Nobiles enim propter nimis magnas & diuersas curias q̃s habent plus leduntur ceteris paribus q̃ꝫ qui mediocres sunt. Inquietatio vero mentis somnum maxime impedit qui nobilibus summe vtilis est qui communiter nature sicce sũt atqꝫ colerice quibus permaxime somnus

est utilis. Terciū est moderata dieta id est moderata sumptio cibi et potus. Nocumenta vero superflui cibi et potus postea dicemus.

Textus.

Lumina mane manus surgens gelida lauet aqua.
Hac illac modicū pergat. modicū sua membra
Extendat. crines pectat. dentes fricet. ista
Confortant cerebrū confortant cetera membra
Lote cale. sta passe vel i frigesce minute.

Comentū.

In hoc textu autor ponit sex documenta quibus cerebrum cōfortat et similiter singula corporis membra. primū est q̄ postq̄ homo de mane surrexerit debet lauare oculos in aqua frigida. Mundari eni debent vt ab eis remouea̅tur immundicies palpebris adherētes et circa oculos existentes ne ab ipsis oculi corrodantur. Et istud satis innuit Auicenna tercia tercii tractatu prio ca. de rememoratione conseruatiōis sanitatis oculi ꝛ rememoratiōe eorum que nocent ipsi vbi dicit. Ex eis autē que abstergūt oculum et acuunt ipsum est submergi in aqua clara et aperire oculum in ea. Et idem vult tractatu quarto capitulo de cura debilitatis visus dicens. Et ingredi aquam claram viridem et submergi in ea et aperire ambos oculos i ea secūdū quātitatē qua possibile est, est ex eis que seruant sanitatē oculi et cōfortant ipsū et proprie in iuuētute Causa autē quare oculi magis debēt lauari i aqua frigida q̄ calida ē quia vnū quodq̄ cōseruatur suo simili vt dicit Auicēna quarta primi ca. primo. Et idē vult galienus tercia tegni canone illo. Calidiora calidioribus idigent adiutoriis frigidiora frigidioribus. sed sic est si oculi sūt frigide nature ergo potius debent lauari aqua frigida q̄ calida Secūdum est quia homo debet lauare manus quia sic

instrumenta quibus mundantur organa per que exeunt superfluitates cerebri vt sūt aures oculi nares. et ergo ob hoc manus debent esse munde plus tamen debēt lauari in aqua frigida q̄ in aqua calida: quia lotio manuū in aqua calida generat vermes in ventre. et hoc specialiter dūmodo manus in aqua calida lauant̄ post sumptionē cibi vt innuit auicenna decimasexta tercii tractatu quinto ca. primo vbi agit de vermibus in ventre genitis. Et ratio est quia per lotionē manuū in aqua calida post sumptionem cibi trahit̄ calor naturalis quo completur digestio in stomacho ad extra quare imperfecta fit digestio que potissima causa est vermiū. Terciū est q̄ postq̄ homo surrexerit a somno debet paulatim incedere siue se mouere. Cuius causa est vt superfluitates prime et secunde digestionū q̄ sunt feces et vrina descēdāt et preparent̄ faciliori euacuationi. Quartū est q̄ postq̄ homo surrexerit a somno debet extendere manus et pedes et alia membra. Cuius causa ē vt trahant̄ vitales spiritus ad mēbra exteriora et per hoc subtiliant̄ spiritus cerebri. Quintū est q̄ debet crines pectere. Cuius causa est vt aperiant̄ pori per hoc capitis et exeant vapores cerebri derelicti post somnū et subtilient̄ eius spiritus. Vñ vsus pectinis multū cōfert visui ⁊ maxime senibus prodest. Vñ dicit auicenna tercia tercii tractatu quarto capitulo de cura debilitatis visus. Administratio pectinis super caput iuuatiua est et confert proprie senibus quare oportet q̄ administret̄ omni die multotiens quoniā attrahit vapores ad superiora et mouet eos a parte oculi. Sextum est q̄ homo debet mundare et fricare dētes Cuius causa est quia immundicies dentiū est causa fetoris anhelitus. Similiter a dentibus immūdis spiritus immundi eleuantur ad cerebrum ipsum perturbantes.

preterea cõmixtio limositatis dentiũ cum ipo cibo ad stomachũ misso est causa corrupcionis cibi in stomacho. Modum autẽ cõseruandi sanitatẽ dentium et bonitatẽ odoris eorum tangit auicenna septima tercii.ca.de cõseruatione dentium sub his verbis. Et ex eis que cõseruant sanitatẽ dentium est vt colluat os in mense bis cum vino in quo decocta est radix titimalli.est eni perueniẽs ad vltimũ in faciendo bonũ odorẽ et nõ aduenit facienti illud dolor dentium. Vlterius auctor in vltimo versu sui dit aliqua pcepta generalia primũ est q homo lotus stupha vel balneo debet se tenere calidum quia tunc pori sunt aperti et sic de facili frigus possit subintrare et magna nocumẽta corpori inferre. Aliud est q postq homo sumpserit cibuz debet modicũ stare vt cibus perfecte descendat ad fundũ stomachi in quo cõpletur digestio. deinde lente ambulet et non fortiter ne pter motũ fortem calor trahatur ad partes exteriores. et per hoc ipediatur cibi digestio. Aliud est q homo frigidus debet cauere ne subito se calefaciat sed paulatim. mutationes eni subire naturã ledũt. Omnia eni extra naturã molesta sunt. vt dicit Galienus in cõmento illius canonis. Secundũ multũ et repente.

Textus.

Sit breuis aut nullus tibi sonus meridianus.
Febris pigricies capitis dolor atq catarrus.
Hec tibi proueniunt ex somno meridiano.

Comentum.

In hoc textu tangit auctor quattuor nocumẽta que pueniunt ex somno facto post prandiũ. Quorum primũ est q ex somno meridiano solet sequi febris. Quod aliqui putãt verificari de febre puenięte ex opilatione causã istius febris reddẽtes qa tẽpore diei calor et spũs mouent ad exteriora. et sic virtus digestiua in die est debilis. digestio eniz

pfecta est qñ calor ⁊ spūs ad iteriora mouent̄: pp̄ter quo-
rū motū calor natnralis itenditur. ⁊ sic tēpus noctis est tē
pus pfectionis digestionis. Indigestio eni ⁊ cruditas hu=
moꝝ ē cā opilatiōis. que opilatio ē causa febris scd̄m aui=
cennā. prima q̄rti i pluribꝰ passibꝰ. Scd̄m nocumentū est
pigricies. q̄ ex eadē cā videt̄ oriri. Ex mat̄ia eni indigesta
⁊ grossa grossi eleuant̄ sp̄s q̄ moti ad mēbra corporis gra
uedinē corpori inducūt: queēadmod̄ spūs subtiles et leues
leuitatē animi ⁊ corporis inducūt. Terciū ē dolor capitis
q̄ etiā ex eadē cā pueníre videt̄. Ex cibo eni idigesto in sto
macho eleuant̄ grossi spūs cerebrū pturbātes. q̄ spūs sūt
cā discolorationis etiā faciei qñ ad cutē mouent̄. qa vbi est
materia grossa necesse ē quicq̄d ex tali materia dissoluit̄
esse grossū vt inuit. Galienꝰ i comento illꝰ aphorismi. Et
q̄ crescūt sic inq̄ens q̄cquid eni de q̄libet re dissoluit̄ ei vn=
de dissoluit̄ necesse est vt assimilet̄ Quartū nocumentuȝ
ē catarrus q̄ similiter ex eadē cā videt̄ oriri sciꝪ ex reuma=
te. Reuma eni dicit̄ ois fluxus materie de mēbro ad mē=
brū in q̄cūq; parte corporis fuerit. sed scd̄m q̄ ad diuersas
partes corporis fluit diuersa sortit̄ noīa qñ eni mouet̄ ad
pectus: siue ad mēbra spūalia videlȝ ad pulmonē dicit̄ ca
tarrus. Sed qñ fluit ad fauces siue ad colatoriū palati di
cit̄ brancꝰ. Et qñ fluit ad nares dicit̄ coriza. vt habet̄ i istis
versibꝰ. S. fluat ad pectꝰ dicat̄ reuma catarrus. Ad fau
ces brācus ad nares dico corizam. preter tñ p̄dictoꝝ nocu
mētoꝝ causas narratas alie possūt assignari magis effica
ces. Causa nāq; primi nocumēti sciȝ febris q̄ aliqñ est effi
mera. aliqñ putrida ē. febris q̄de effimere retētio fuliginū
i somno diurno. quaꝝ resolutionē vigilia facere cōsueue
rat q̄bus aceruatis et spiritibus admixtis in eis accendit̄
calor extraneus causans febrem effimeram. Febris vero
putride putrefactio humiditatum multiplicataꝝ ex som

no diurno ad cor effumantiũ. Scdm vero nocumentũ sci licet pigricia cõtingit ꝓpter hũiditates per somnũ diurnũ retẽtas circa musculos cordas et iũcturas quibus torpescũt et tarde reddunt ad solitos motus. Terciũ vo nocumentum ex simili causa oritur. scilicet ex humiditatibꝰ et vaporibus per somnũ meridianum retentis. qui moti versus caput et cerebrum ei dolorem ingerunt. Quartũ vero nocumentum videlicet catarrus quo vniuersaliter om̃e reuma significatur: cõtingit propterea quia vapores et fumi qui vndiqꝫ per cutem hora vigiliaꝝ resolui solent in somno diurno ad caput tendunt. vbi inspissati recidunt interius reumatizantes. Auicenna autem tercia primi doctrina secunda. capitulo nono. alia superaddit nocumenta somni diurni. quoꝝ primũ est generare egritudines humidas. vt guttas et paralises ex retentionibꝫ humiditatũ: que de die magis resolui solent. Secundum est corruptio coloris faciei propter humiditates aquosas vrine similes in sanguine multiplicatas ex somno diurno resolui solitas tempore vigiliaꝝ. que ad faciei cutẽ cũ sanguine expulse reddunt eam tumidam et declinantem ad citrinitatem. Tercium est generatio splenis. id est splẽtice passionis in dispositis ad eam. Cuius causa est retentio hũoris grossi melancolici in splene ex somno diurno. sicut enim iuuant vigilie motum et libeꝝ transitum huius grossi hũoris ꝑ canales strictos cũ calore diei vias aperiente. sic somnus impedit maxime diurnus cum tunc instet hora secundum plurimũ transitus melancolie per canales suos. et maxime per illum canalem qui a splene trãsit ad orificium stomachi gratia prouocationis appetitus per quem splenis superfluitas emundari solet. non enim conuenit vt de nocte prouocet. sed de die potius appetitum cibi. Quartum est relaxatio neruoꝝ seu remollicia

eorum. Cuius causa est prohibitio resolutionis humiditatum quam facere solent vigilie diurne que interius retēte neruos imbibunt. Quintum est debilitatio appetitus Cuius causa est prohibitio resolutionis: que est prima causa famis. Alia causa est repletio stomachi ex fumis vaporibus et humiditatibus remollientibus et saturantibus orificium stomachi. Sextum est generatio apostematum Cuius causa est quia superfluitates per somnū diurnū multiplicate colliguntur sepe in aliquo membroꝝ et ipm intumescere faciunt. Et vlterius dicit auicenna. ꝙ due de potioribus causis propter quas nocet somnus diurnus sunt prima quidem quia cito interrūpitur propterea ꝙ calor diei trahit versus exteriora calorem corporis et ecōtra somnus ad interiora vnde motus prouenit agitatiuus & ideo consulitur tunc dormire volentibꝰ ꝙ in vmbra dormiant & in tenebroso loco. secunda vero propterea ꝙ reddit naturā stupidam & quasi perterritam retrahentem se ab eo in quo erat scilicet a digestione cibi. Attendendum tamen est ꝙ licet somnus diurnus generaliter vituperetur et nocturnus cōmendetur. ex diurno tamen ille minꝰ vituperatur qui a mane est vsqꝫ ad terciam scilicet ab ortu solis vsqꝫ ad terciam post ipsum. iuxta illud ypocratis pronosticorum secunda dicentis. Somnus vt moris est conueniens et naturalis vt noctem non effugiat et diem non impediat est laudabilis. contrarius vero est improbandus. minus tamen si a mane vsqꝫ ad terciam tenuerit. Quāqꝫ tamen somnus diurnus et meridianus in tātum a primis medicine inuentoribus detestetur. moderno tamen tempore non oīus somnus diurnus est vituperādus et ꝓprie si in eo quinqꝫ cōdiciones obseruentur vt vult bartrucius. Prima est vt sit cōsuetus. scđa vt nō sit

illico supra cibū. tercia vt nō sit capite depresso. quarta vt non sit longus. quinta vt non fiat ab eo subito stupida et repentina expergefactio sed morosa.

Textus.

Quattuor ex vento veniunt in ventre retento
Spasmus ydrops colica vertigo quatuor ista.

Comentum.

In hoc textu autor ponit quattuor nocumenta prouenientia ex retentione vētositatis in corpore nostro. Quorum primū est spasmus. Cuius causa est quia ventositas retēta sepe capit raptū ad iuncturas et neruos ipsos replentes ex quorū replectione sequitur ipsorū cōtractio que vocatur spasmus. Et ab auicenna secunda tercii capitulo de spasmo: spasmus sic diffinitur. Spasmus est egritudo neruosa qua mouentur lacerti ad principia sua et inobedientes sunt in dilatatione eorū. Et iste spasmus est duplex Nam quidam est ex repletiōe in quo membrū abreuiatur et ingrossatur propter rem implentē sicut cornū aut corrigia cū est res implens abreuiatur et ingrossatur et iste spasmus fit subito. Alius est ex inanitione in quo contrahitur longitudo et latitudo et minoratur membrū scdm longum et latū sicut in pargameno cum apponitur igni fit contractio secundum longum et latū et iste spasmus fit paulatine. Secundum nocumentū est ydropisis, que est morbus materialis causatus ex re frigida plurima ingrediente et inflāte membra aut loca partiū in quibus regimen .i. digestio ciborum fit et humorū vt dicit bartrucius. ydropisis eni nō generatur nisi cū sanguis nō generatur vt dicit galienus sexta particula aphorismorū in comēto illius Emoroydes sananti antiquas. Et est triplex ydropisis scz yposarcha asclites et tympanites Et de tympanite intelligitur istud scdm nocumētū Tympanite eni vt dicit bartrucius fit a mala complecti-

one frigida stomachi et epatis ꝓhibente cibum transmutare in chilum et humorem benignũ aut sanguineũ quare cõuertitur in rem ventosam que dũ non expellitur per eructuationẽ aut aliunde opilatione viaꝝ ꝓhibente vel virtute expulsiua vel sequestratina seu perfluitatum debili existente colligitur inter ciphac et mirach vẽtris et causat poropisim. Tercium nocumentũ est colica que est egritudo multũ dolorosa facta in intestino dicto colon quod est vnũ de intestinis grossis queadmodũ pliaca est egritudo dolorosa facta i itestino gracili dicto plion. Et fiũt dicte egritudines sepe ex ventositate inclusa in dictis intestinis. Quartum nocumentũ est vertigo et est egritudo cuꝫ qua videtur homini ꝙ oĩa voluantur in gyrum. Cuius egritudinis causa est ventositas ad cerebrũ mota que propter eius in cerebro motionẽ vertiginẽ facit. Et ista quattuor nocumenta cum quibusdaꝫ aliis pulcre cõmemorat Auicenna decimasexta tercii tractatu quarto capitulo de rebus que nocent colicis dicens. Et scias ꝙ retencio ventositatis multotiẽs facit accidere colicã propterea ꝙ sublevat eam et exprimit ipsã ita vt aggregetur res vna et ꝙ facit accidere debilitatem in intestinis. Et quãdoqꝫ perducit illud ad poropisim. Et quandoqꝫ generat tenebrositatem visus et vertiginem et epilentiaꝫ. Et qñqꝫ retinetur in iũcturis et facit accidere spasmũ.

Textus.

Ex magna cena stomaco fit maxima pena.
Vt sis nocte leuis sit tibi cena breuis.

Comentum.

In hoc textu autor ponit vnũ documentũ pro conseruatione sanitatis dicens ꝙ homo in cena debet esse sobrius et se non multum cibo replere quia nimia repletio nocturna iducit ipedimẽtũ sõni torciõnẽ veneris inqetudinẽ

corporis: pustulas in facie: grauitatē capitis in mane et maliciā oris. Dubiū iam incidit, vtrū maior quantitas cibi sit sumenda in prandio ꝙ cena: pro cuius descisione aduertendū est ꝙ scdm diuersitatē corpoꝝ maior aut minor quantitas cibi sumenda est in prandio ꝙ cena quia corpora aut sunt in morbū decidentia aut sub latitudine sanitatis. Si in morbū deciderint aut cū humoris vicio aut sine humoris vicio. Si sine hūoris vicio sic est magis cenādū Cuius ratio est quia natura in talibus solum est ciboꝝ digestioni intenta nō autē superfluitatū maturationi caret enim eis. Q si cū humoris vicio patiant conuenientius est prādiū maiorare. vnde prima tercii tractatu quito ca. de cura epilentie. Jlle cuius consuetudo nō tollerat vt semel reficiatur diuidat cibum suū qui est minor refectione sua in tribus partibus et sumat duas tercias in prandio et terciā in cena post excercitiū subtile. Ratione sic persuadetur qm̄ illo tēpore quo natura debilis iuuat in digestione calore solari viuifico et resoluunt amplius superfluitates amplior sumendus est cibus hoc autē magis fit in prādio ꝙ in cena ergo ɫc. preterea in die calor vitalis adest solaris et lucis digestiuus cum sit vite principiū quare ad digestionē tunc duplex operabit calidū nocte vero non. Et etiā nocte natura magis est circa superfluoꝝ digestionē in talibus intenta: nō est ergo impedienda multa ciborum exhibitiōe. Quāuis eni calor in plerisqꝫ fortificetur in nocte spirituū retractione et somni reductione nō tn̄ potest huiusmodi calor duo vt alimentū et superfluitates digerere. Conuenit itaqꝫ in his cenā breuiare. Si vero huiusmodi corpora sub latitudine fuerint sanitatis. Aut sūt sufficienter sana robusta superfluitatibus sensibilibus carentia cū oēs expellant sua via vt athelete et hos expedit cenā maiorare. Tum quia natura eoꝝ nocte solū est

digestioni ciborū intenta et non superfluorū maturationi cum illis fere careant. Tum quia soluz robur corporis intendunt quod et nocte acquiritur magis cum amplior fiat sanguificatio distributio et spirituum in his generatio. Si autem corpora fuerint a dicto temperamēto ⁊ robore distanta sicut sunt plurima vsq₃ in egritudinē nūc deueniētia talia aut exercitātur exercitio forti cōtinuō et vehementi aut non. si sic vt sunt dictum manibus querentes melius est eis prandiū super cenā maiorare. Cuius causa est quia alimentum non solum expetitur propter nutrire sed propter humectare mēbra ac irrorare ne aresiant ex forti motu et resistatur resolutioni caloris propter quod oportet plus cibi exhiberi in prandio. Neq₃ propter exercitium talia corpora cessant ab eoꝝ digestione cuz ita sint consueti vsus enim est res preter naturam. Est et calor vehemens propter exercitium potens super digestionem in eis. propter quod videmus eos ter in die cum appetitu comedere et bene digerere. Si autez non vtantur forti et laborioso exercitio continue sicut predicti dupliciter illud euenit quia aut solum quandoq₃ vtuntur exercitio forti laborioso et non continue aut solum vtūtur exercitio debili cum quo stat multiplicatio superfluitatum Si vtantur exercitio plurimo forti ⁊ laborioso propter occupationes necessarias in vita ⁊ ad salutem sicut ciuiles viri ꝙ plures circa bona fortune negociantes ⁊ salutē iterdū exercitio forti ⁊ laborioso mouenť vt diu eqtantes vel itinerātes aut aliud quoddā forti⁹ a cōsueto agētes exercitio. Et his vtili⁹ ē cenā sup prandiū āplius augere. Cui⁹ rō est qa si tales prandiū augerēt cū nō sint assueti adeo forti ⁊ laborioso exercitio agitari vt priores ipsoꝝ iā corrūpeť digestio maloꝝ humoꝝ gñatiua. Itē ꝑpt motū superfluum calor horum dissemi[n]atione est debilitatus cuius

quidē vnctio que magis nocte fit ꝙ die potissima est forti tudinis ⁊ digestionis causa quare in cena in stante nocte alimentū amplius potest administrari. Item isti prius nō laborioso vtebant̄ exercitio. ⁊ sic corpus eoꝝ humidita tibꝰ plenū est: quibꝰ ⁊ paruo cibo sufficiēter potest resisti resolutioni ⁊ exsiccatiōi factis per motū in die occurrentē Si vero paucis debilibꝰ exercitiis ⁊ paruis occupationi-bus in vita vtant̄ precipiendū est ipis meliꝰ prādere ꝙ ce nare. Et declarat̄ illud sicut in corporibꝰ nūc egrotātibus apparuit. Cum eni hi sūt debilis digestionis vt plurimū iuuant̄ per calorē solis ⁊ lucē valde viuificos cōfortātur eni inde spūs ꝓpter suū simile. Ipse eni est lux: aut effigiē habet lucis scdm Auicennā. Iuuant̄ etiā quia supfluita tes tūc melius expellunt̄ poris apertis de die ꝙ de nocte Preterea nocte nō oportet eos multo cibo sed pauco reple ri: cū natura tūc intenta est magis circa digestionē humo rum crudoꝝ quos somnus habet maxime digerere ac ad benignū reducere. licet eni nocte digestiua fortificetur vir tus nō tamen adeo ꝙ valeat cibū ⁊ supfluitates digerere. Aduertendū est insuper ꝙ in exhibitione cibi maioris aut minoris in prādio ꝙ cena maxime seruādus est vsus. qa cōsuetudo est res maxima in ꝯseruatione sanitatis ⁊ egri tudine curāda secundo regiminis acutoꝝ. quod ostendit̄ ex eo ꝙ eius mutatio ⁊ maxime subita vehemēter est lesi-ua. Vnde Damascenus. mutare consuetudinē nociuum est ⁊ molestum ⁊ precipue senibus. Et ideo praue cōsuetu dines abolende sunt sed nō morco ꝙ natura nō sustinet repētinas mutationes. Et sic patet ꝙ vniuersaliꝰ maio randū est prandium super cenā cum plurime egritudines sunt materiales et plurima corpora lapsa. Si tamen so-lum semel in die comedatur melius est cibum in cena ex-hibere nisi oculi aut cerebrum patiātur. tunc eni melius

est in prādio exhibere cum cena nō parū egrotantis nocet oculis et cerebro. Ulteri⁹ circa textū est notandū q nō solum repletio nocturna siue in cena nocet stomacho pmo omnis repletio cibi. generat enī opilatiōes febres putredines apostemata et leprā quia est causa indigestionis Qr autē ois repletio nocitiua est stomacho declarat auicēna decimatercia tercii tractatu primo capi. de rebus quarum vsu ledunt̄ stomachus et intestina dicens. Et ex reb⁹ magis inimicis stomacho est repletio et propter illud non augetur corpus gulosi qm̄ cibus eius nō digeritur quare nō crescit ex eo corpus. Ille autē qui cibo abstinet dum tamen remanet aliquid appetitus eius augetur qm̄ stomachus eius bene digerit cibum. Et sic valde cauendū est ne stomachus torqueat̄ et multū grauet̄ ex cibo ita vt anhelitus angustietur et pulsus velocitet̄. et similiter repletio nauseatiua et fastidiū inducens multū est euitanda ⁊ specialiter ex malis nutrientibus. Nā si fastidiū sit ex grossis nutrientibus proueniunt iuncturarū dolores et renum. ⁊ podagra et grossicies splenis et epatis et regulariter egritudines fleumatice et melancolice. Et si fastidium sit ex nutrientibus subtilibus proueniunt febres acute ⁊ maligne et apostemata multū acuta. igitur euitāda est repletio nauseatiua. nō igit̄ tm̄ est comedendū quin i stomacho maneat aliquis locus vacuus nec ex toto debet desiderium sopiri sed retineri debēt alique reliquie appetitus ⁊ hoc specialiter obseruādū est in habentib⁹ appetitū fortē. sūt eni aliqui quoꝝ appetitus naturalit̄ multū sopitus est et isti forte debent plus comedere q appetunt.

Textus.

Tu nunq comedas stomachum nisi noueris ante
purgatum. vacuum cibo quem sumpseris ante
Ex desiderio poteris cognoscere certo.

hec tua sunt signa subtilis in ore dieta.

Comentum.

In hoc textu ponuntur aliqua precepta que homo sane cupiēs viuere necessario debet obseruare ante sumptionem cibi. Quorum primū est q homo nō debet sumerere cibum nisi nouerit stomachum suū esse purgatū a malis humoribus quod fit per vomitū expellendo humores putridos et malos in eo existentes quia si sumeretur cibus predictis malis humoribus in stomacho remanētibus ex cōmixtione taliū humorū cū cibo cibus sūptus corrūpetur Secūdum preceptū est q homo non debet sumere cibū de nouo nisi presenserit cibū presūptū in stomacho suo fore digestū et ab eo euacuatum quia nichil est deterius in humano corpore q intromittere cibū super aliū qui non est digestus sed digeri incepit. Nā superassūptus cibus prioris digestionē inchoatam ipedit. Et digestio prioris ante cōplebitur que transiens ad epar per venas meseraicas ducet secum cibū superassūptū indigestū vnde crudi humores in corpore multiplicabuntur. Vlterius ī textu ponūtur duo signa euacuationis stomachi a cibo preassūpto. primū est desideriū certū .i. vera fames. Et pro itellectu istius sciēdū ē q duplex ē fames scilicet vera et mendosa. Verā Galienus describit secūda aphorismorū in cōmēto illius canonis vbi dicit indigentia non oportet laborare dicens certa fames est cū hō cibo indiget vnde imēsus seqtur appetitus. Sed mēdosa fames ē cibi appetitus corpore nō idigente. Et sicut vera fames fit ex cōstrictione et corrugatione venarum orificii stomachi procedentibus a suctione mēbrorum inanitorū cibo idigentiū sic mendosa fames solet ab his fieri que strīgūt vt rugāt orificiū stomachi mēbris cibo nō egētibus vt ab actu frigidis stipticis aut acetosis. Et istius signi et secūdi precepti precedētis cōmemorat Auicēna tercia primi doctrina

scda ca. de eo qd comedit sic inquiens. Oportet preterea n aliqs comedat nisi post desideriu neqz i hoc tradet cu desi deriu ebulierit.i.forte fuerit nisi medosu fuerit vt ebrioz desideriu et hntiu fastidiu qm tollerare fame stomachum putridis replet humoribus. Et postea eode ca. dicit. Et ne qz ipse neqz oes qui sanitate habere volunt aliquid come dant nisi desideriu fuerit certu et stomachus et superiora intestina a primo nutriete euacuata fuerint. qd eni in cor pore existit deterius est nutriens super nutriens qd no est digestum mittere. Scdm signu qd significat super certo desiderio siue certa fame est subtilis dieta precedes. i par= ua administratio cibi qn eni illa sequit fames significat esse certa et vera. Sciendu est insuper q in vna et eade re= fectione pessimu est simul multos et diuersos coniungere cibos vt carnes et pisces vel pulos et porcu et postea pro= longuare tempus in comededo quia primus cibus ia di= geri incipit cum aduenit vltimus et sic partes cibi dissimi les fiunt in digerendo sic q preassumpte prius digeste sut q postremo sumpte sue digestionis mediu attigerint vn de fit q queda corrumpunt alias. Et istud innuit auicen= na tercia primi dotrina secunda ca. de eo qd comedit dices Et nichil quide deterius est q diuersa nutrimeta simul ad iungere et post hoc in comedendo tpus prolongare cu eni postremu nutriens aduenit primu iam incipit digeri nu trientis ergo partes in digerendo no similant. Sciendu est tamen q prolongatio in comedendo moderate facta fe re vna hora gratia bone masticationis et transglutionis est laudabilis et plurimu conferens ad coseruatione sani= tatis qa perfecta cibi masticatio cu morosa transglutioe siue ingluuie est veluti media digestio sed mala mastica= cio vel digestione cibi ipedit vel vehemeter retardat Sed

prolongatio in comedēdo cum interlocutionibus et paucis duabus vel tribus horis est plurimū nociua et sequnt̄ ex ea nocumenta prenarrata.

Textus.

Persica:poma:pira:lac:caseus:et caro salsa;
Et caro ceruina:leporina:caprina:bouina
Hec melancolica sunt infirmis inimica

Comentum.

In hoc textu tangunt̄ decem cibi siue alimenta melancolicam generātia aut infirmis inimica. Quorum primū est comestio persicorum de quibus galienus secundo alimētorum capitulo decimonono dicit quod et horum succus et quod velut caro facile corruptibilis est et omnino quidē prauus quare nō oportet sicut quedam post aliud alimentū offerre corrumpunt̄ eni supernatātia. Meminisse autē oportet huius quod est comune in omnibus quecūque cacochima humida et lubrica et facile subire potentia: propter hoc oportet ipsa comedere priora aliis: sic eni ipsa celeriter subeunt et illis viā faciunt: vltimo autē sumpta simul corrumpūt et alia. Et ita patet quod istud dictū debet intelligi de persicis comestis post cibū aliū quia ipsa sumpta ante cibū bona sunt stomaco ventrē lenientia atque appetitū prouocantia Juxta illud auicenne secūdo canonis capitulo de persicis dicentis. Matura sunt bona stomacho et in eis est virtus faciendi appetitū cibi. Et subdit auicēna. Et oportet quidem vt nō comedant̄ post aliū cibū quoniā corrumpunt̄ post eum sed precedant ante cibū. similiter serapion in aggregatore capitulo de eis auctoritate dyascoridis ait. Matura ex persicis sunt bona stomacho et molliunt vētrē: immatura vero stringunt et quando desiccant̄ stringūt fortius et decoctio siccorum quando scilicet bibitur prohibet fluxum humiditatum ad stomachum et ventrem et quando

trita super locū puluerizantur vnde fluit sanguis abscin dunt eū. Et licet prenarrata habeant iuuamenta quia tamen humorē generant putrefactibilem nocitiua sūt īfirmis et maxime quādo indebi te sumūtur: Et sunt persica frigida in primo gradu et huīda in secūdo. Secūdū est pira siue comestio pirorū. Et causa eius est quia pira ⁊ generaliter omnis fructus r ecens nō correctus replet sāguinē aquositate ebulliente in corpore e t sic preparāt sanguinē ad putrefactionem et ꝑ cōsequēs nocent egris. Pira similiter vt dicit auicēna secūdo canonis ca. de eis a ꝓprietate inducūt colicā. Ipsa tamen inter ceteros fructus multuꝫ impinguāt ꝓpterea porci ex ipsis piris īpinguanť plus ꝙ ab aliquibus aliis fr uctibus. Et quia pira ventositatē generant et sic inducūt colicā vsus habet ꝙ pira ⁊ alii fructꝰ ventositatē faciencia cū carminatiuis .i. vētositatē expellentibus comedūt vel possumus obuiare nocumēto ipsorum superbibēdo vinū vetus odoriferū. Et meliora pira sūt que magis odorifera sūt et magis dulcedine participātia. Et etiam meliora sunt decocta ꝙ cruda et possunt decoqui cum aniso feniculo ⁊ zuccaro. Tercium est comestio pomorum de quibus dicit auicenna secundo canonis ca. ꝓprio ꝙ assiduatio comestionis eorum facit euenire dolorē neruorum. Et poma etiā malā habent proprietatē in generando ventositatem in secunda digestione quare nocēt egris et etiā propter similem causam illi que dicta est de piris. Et ista dicta de piris et pomis maxime intelligēda sūt de ipsis crudis et nō de ipsis coctis. Et nedum isti fructus ab infirmis sunt vitaudi pmo oēs fructus implentes sanguinē aqnositate ebuliente vt fructus recentes quoꝝ succus in humano corpore ebulit sicut mustum et succus fructuū ebuliunt exterius in vase et hoc propter calorē solis derelictum in eis cum maturabantur. Isti enim fructus

propter ebulitionē ſucci eoꝝ preparāt ſanguinē ad putre
factionē licet pro hora qua ſumuntur iuuamētū preſtent
humectationis. Et hac de cauſa auicenna febricitātibus
prohibuit fructus maxime recentes prima quarti tracta=
tu ſcḋo ca. ſeptimo dicens. Et oēs fructus nocent febrici=
tanti cū ebulitione ſua et corruptiōe in ſtomacho. Quar=
tū eſt comeſtio lactis. Cuius cauſa eſt quia lac de leui cor=
rumpitur et in fumū aut acetoſitatē cōuertitur in ſtoma
cho immundo ſicut vt plurimū eſt ſtomachus febricitan=
tis febre putrida et ergo febricitantibus febre putrida nō
conceditur. Et ſimiliter malum eſt habentibus dolorem
capitis et ſiticuloſis et pluribus aliis de quibus loquitur
ypocras quinta particula amphoriſmoꝝ: amphoriſmo il
lo. Lac dare caput dolentibus malum ꝛc. Verū eſt tamen
ꝙ in aliquibus paſſionibus cōuenit ſicut in ptiſi et ethica
et aliquibus aliis prout dicit etiā ypocras amphoriſmo
iam allegato et etiā inferius aliquid dicet̄ ibi Lac ethicis
ſanū ꝛc. Et licet lac in predictis paſſionibus vituperet̄ in
ſanis tamen laudabile eſt et hoc ſi in ſtomacho et epate be
ne digeratur: tunc enī inteſtina lauat ſua aquoſitate et
mundificat butiroſitate ſua humoribus venenoſis repu
nat membra humectat: caſeitate ſua vulnera pectoris iu
uat et pulmonis gutturis renum quoqꝫ et inteſtinoꝝ et
veſice. moſurā acutoꝝ humoꝝ in inteſtinis mitigat quia
viſceribus inuiſcatur et humoꝝ prohibet morſum. Prete
rea cōuenit lac corporibus temperatis quoꝝ ſtomachus
mundus eſt a colericis et fleumaticis humoribus: In his
enī lac bene digeſtum multū dat nutrimentū: laudabileꝫ
ſanguinē generat: carnē augmentat: totū corpus lauda=
bilit̄ humectat: exteriora pulchra facit vt refert yſaac ī di=
etis vniuerſalibus. Et ibi etiā autoritate ruffi dicit ꝙ lac

bibentes ieiunos esse oportet et bibatur calidum cum exe at vbera neqꝫ aliquid comedatur quousqꝫ digerat̃ et labor et nimius motus caueatur: nõ est tamẽ quiescendũ omni no a deambulatione sed de ambulandũ est suauiter quousqꝫ in stomachi fundum descendisse sentiat̃. In distemperatis vero corporibus lac nõ conuenit. In calidis enim corporibus cito mutatur in fumositatem et coleram. In frigidis vero in acetositatem et putredinem. In stomacho etiam immũdo lac nõ cõuenit quia in eo corrumpitur. Circa electionẽ autẽ lactis sciendũ est ꝙ magis eligendũ est lac mediocre in via nutrimenti et nõ subtilissimum sicut lac cameli aut etiã asininũ neqꝫ pinguissimũ et grossissimũ sicut lac vaccaꝝ et pecudũ. Eligendum est igitur lac capre. nõ enĩ habent tantũ aquositatis sicut lac cameli quod nõ est aptum ad nutriendum ratione nimie humiditatis sed ventris subductiuum nec habet tantum pinguedĩnis et grossiciei seu caseitatis et vnctuositatis sicut vacarum et pecudum quod propter grossiciem et vnctuositatẽ est venarũ opilatiuũ: ventositatũ generatiuũ et difficilioris digestiõis ꝙ̃ sit necessariũ ĩ regimine sanitatis. Eligat̃ igit̃ lac capre nõ nimis ꝓpĩque partui nec nimis distãtis a partu nõ pĩguãtis nutrite ĩ bonis pascuis et in tp̃e quo reperiunt̃ meliora pascua. Quintũ est comestio casei. Et potest intelligi de omni caseo maxime tñ de veteri. Cuius ratio est quia caseus recens est frigidus et humidus et grosse substãtie et difficilis digestionis et opilatiuus et lapidis generatiuus et non multum competit via cibi in regimine sanitatis. Et caseus vetus est calidus et siccus propter sal facit cibum digeri et difficulter digeritur parum nutrit et male stomacho nocet et nimis desiccat et minus competit ꝙ̃ recens. Et si aliquis

caseus est medius inter nouum et veterẽ viscosum. et frã gibilem durum et mollem et parũ declinans ad aliqualẽ dulcedinem. non nimis salsus. nõ lacrimosus. cũ incidit sapozis delectabilis ꝛ boni odoris. cuius in stomacho mo ra non est diuturna ex bono lacte cõuenienter factus. suffi cienter vnctuosus. talis vtiqꝫ caseus bonus est. et inter a lios magis est diligẽdus. et post cibum sumptus nõ mul ta quantitate. multa vero quantitate sumptus in via ci= bi vniuersaliter est malus. stomachũ grauans et inobedi ens digestioni. et opilatiuus et lapidis in renibus et hu= moꝝ grossoꝝ in corpore. et ventositatum generatiuus. Solum igitur ille caseus est bonus quem dat auara ma nus. Sextum est caro salsa. Caro eni salsa siue salse siue fumio exsiccata cuiuscũqꝫ generis aut animalis fuerit ge nerat sanguinem grossum et melancolicum. et per conse quens nocet infirmis. nec est cõueniens sanis. Et istud ĩ= nuit auicenna. secunda primi. doctrina secunda. capi. deci moquinto in fine. dicens. Et exemplum spissi pauci nu= trimenti mali chimi. i. mali humoris est caro salita. Sep timũ est caro ceruina. que similiter est sanguinẽ melanco licum generans teste. Rasi tercio alinãsoris. capitulo de a nimalibus siluestribus et domesticis. Octauũ est caro le= porina. que similiter sãguinis melancolici est generatiua Dicit eni rasis de ea. loco preallegato. Ipsa eni plus aliis melancolie generatiua est. Et de ista etiã dicit ysaac in die tis vniuersalibus. ꝙ nõ cõuenit in via cibi. sed solũ in via medicine. Et est sciendũ ꝙ ista caro leporina et similit cer uina cum peruenerint ad antiquitatẽ simpliciter sũt eui= tande. si tamen aliquo modo cõueniant meliores sũt iste carnes cum partui sunt ꝓpinque vt siccitas caꝝ obtem= peretur ab etate. et etiam sunt euitande nisi sint pingues nam ex caꝝ pinguedine obtemperatur siccitas. Nonum

est caro caprina. Decimum est caro bouina. quia iste carnes etiam sunt carnes melancolice. Nam ysaac in dietis vniuersalibus de eis dicit. Caro caprina et bouina sũt pessima dura in digestione tarda. et digesta grossum generãt sanguinem et melancolicum. Et auicenna secundo canonis de carne caprina dicit. Caprina vero nõ est bona multum. et eius humor fortasse est malus valde. Et sub istis etiam intellige carnem hircinam et vaccinã. que peiores sunt predictis carnibus. scilicet caprinis et bouinis. Nam de eis dicit auicenna. secundo canonis. capi. de carne. Caro vaccina et ceruorum et hircorum siluestrum. et magnarum auium. facit euenire febres quartanas. Et de carne vaccina adhuc dicit. quod caro vaccina plurimi nutrimenti est grossã melancolica. generans egritudines melencolicas. Et vlterius dicit quod caro vaccina generat lepram. Et de carne hircina dicit quod est mala absolute. Quia iam textus loquutus est de carnibus vitandis. et maxime animaliũ quadrupedum. Videndũ est vlterius de carnibus eligẽdis aialiũ q̃drupediũ. Et quia circa electionẽ carnium animaliũ quadrupedium controuersia videtur inter auctores medicine. quidam enĩ dicunt carnes porcinas esse meliores. sicut galienus. et quidã alii. Alii vero dicunt carnes edinas esse meliores. sicut ras. auicennã. et auerroys. licet auerroys quinto colliget imponat auicenne quod dixerit carnes porcinas esse meliores. quod tamen non dicit auctoritate ꝓpria. sed autoritate xpianorum. Alii vero vitulinas laudant pre aliis carnibus. Secundum est quod electio et melioritas carnium animaliũ quadrupedum potest multipliciter attendi primo modo ex parte maioris nutrimenti et irresolubilioris. et carnibus hũanis similioris. Et isto modo caro porcina ceteris est melior. primo ꝓpter maximã similitudinẽ cum carnibus humanis. teste galieno tercio alimentorum

vbi dicit. porci ne autem carnis similitudinem ad homines addiscere est ex eo quod quidam comederunt humanas carnes vt porcinas nullam suspicionem habentes secundum gustum ipsarum et odorem. Et auicenna secundo canonis. ca. de sanguine ait. Sanguis hominis et sanguis porci sunt similes in omni re. ita vt quidam fuerunt qui vendebant carnem hominis ac si esset caro porci. et occultatum fuerat illud vsque quo inuenti fuerant in ea digiti hominis. ¶ Et istud idem sentit satis auerroys quinto colliget. capitulo de carne. Secundo quia caro porcina valde nutritiua est. Nam dicit galienus tercio alimentorum. Omnium edulium caro porcorum est maxime nutritiua. et huius experientiam euidentissimam habent athlete. Et postea eodem libro ait. Porcorum carne nullum aliud amplioris nutrimenti habebis sumere. Tercio quia generat alimentum stabile fortiter resistens resolutioni. Et ista fuit mens galieni in passibus vbi non parum prefert porcinas carnes ceteris carnibus scilicet in octauo de ingenio. vbi dicit. Ceteris carnibus porcina est laudabilior. si porcus montana incoluerit: post porcum edus Et similiter in quinto terapentice. vbi dicit. quadrupedum caro laudabilior est porcina in calore et humiditate temperata. eiusque cibus plurimus et sanguis ab ea generatus omni melior est sanguine. Et istud veritatem habet de carne porcorum. non antiquorum quia eorum caro indigestibilis est. nec iuuenum siue lactantium quia caro eorum humidissima est. sed etate mediocrium. puta vnius anni vel duorum. tam domesticorum quam siluestrium. verisimilius tamen estimandum est. quod porci siluestres sunt domesticis meliores. quia carnes porcorum domesticorum sunt plus debito viscosiores. Et de carnibus porci siluestris siue apri dicit auicenna secundo canonis. capitulo de carne Christiani vero dixerunt et qui eos imitantur quod melior ca

ro siluestris est caro porci siluestris. nam cum hoc q est le=
uior carnibus domestici porci est fortis nutrimenti et plu
rimi. et est velocis digestiois. et est melior q esse potest i pe
me. Et ex isto vlterius sequitur q predicte carnes porcine
multum laudabiles sunt corporibus iuuenibus sanis for
tibus laborantibus non dispositis ad opilationes. et his
qui impinguari querunt. quia talia corpora indigent plu
rimo nutrimento et difficulter resolubili. Et ergo dicit ra
sis. tercio alinansorp capitulo. de virtute carnium. Caro
vero grossa multum laborantibus cõueniens est: subtilis
vero his qui predictis sunt contrarii conuenit. Et idẽ vult
auicenna tercia primi ca. de regimine eius qd comeditur
dicens. exercitati preterea et multi laboris magis sunt tol
lerantes nutrientia grossa. Aliomodo potest attendi me=
lioritas et electio carnium ex parte temperate complexio
nis eap facilis digestionis et sanguinis ex ipsis generati
temperantiam. vt scilicet illa caro dicatur melior que tẽ=
perate est complexionis facilis digestionis: sanguinez ge
nerans temperatum in caliditate et frigiditate subtilita
te et grossitie. Et isto modo caro edulina ẽ melior et lauda
bilior ceteris. vt vult ras. auicenna. et auerrois. Nam di=
cit ras. tercio alinansoris. capitulo de animalibus silue=
stribus et domesticis. Edulina caro est temperata nullaz
inse habens malicie admixtionem. que licet temperatuz
generet sanguinem laborantibus tamen nõ congruit cui
nulla alia caro preferenda est. Non est enim adeo debilis
vt ex ea virtus minuatur. neqz eius nutrimentum adeo
multum est et grossum: vt ex eo proueniat repletio: et gros
sus generetur sanguis. Sanguis quoqz qui ex ea ge=
neratur inter subtilem et grossum ac inter calidum et
frigidum existit. Et ista caro non conuenit mul=

tum laborātibus sed iuuenibus temperatis exercicio me diocri vtentibus quia ista caro generat sanguinē forti exercicio vel labore faciliter resolubilez licet nō exercitio me diocri. Et sicut quo ad istam intētionē caro ediua iter carnes domesticas ita caro capreoli inter carnes siluestres est melior. Et post istam carnē ediuā plurimi medicoꝝ sicut rasis et auerrops ponūt carnē arietinā. Et dicit auerrops quinto colliget capitulo de carne ꝙ hec est opinio maioris partis medicoꝝ preter galienū qui abhominatꝰ carnes arietum. Et videtꝰ sibi ꝙ caro vituloꝝ est melioris nutrimenti ꝙ arietina. Et forsan galienus hic attēdit melioritatē nutrimēti ex eo quod est plurimum nutrire et nutrimentū dare magis irresolubile quod magis videtur conuenire carnibus vitulinis ꝙ arietinis cum arietine magis humide sint. Tercio modo potest attendi melioritas et electio carniū ex parte minoris viscositatis et melioris odoris eaꝝ. et sic carnes vituline sūt meliores ceteris carnibus. Et istud innuit auerrops quinto colliget capitulo de carne dicens. Et carnes vituloꝝ sunt bone carnes ideo quia nō habēt illā viscositatē frigiditatē et siccitatē quam habent carnes bouine veteres et carnes eoꝝ sunt magis odorifere aliis carnibus et quantum est in hoc meliores sunt carnibus edulinis quia in carnibus edulinis manifestatur quedam muscillago id est viscositas ante ꝙ coquantur: sed carnes eduline sunt meliores vitulinis quia meliores generāt humores. Et ex isto patet quomodo non est tanta controuersia inter autores medicine super electione carnium quanta prima facie apparet. Notandum est insuper ꝙ carnes animalium sicce complectionis meliores sunt circa partum ꝙ distantes multū a partu et ergo edi et lactantes vituli meliores sunt hircis et bobus quia sua siccitas prime etatis humiditate corrigitꝰ

Sed carnes animaliū cōplectionis humide sunt melio=
res distantes a partu et circa partum deteriores quia sua
nimia humiditas processu etatis exsiccātis scilicet iuuen
tutis corrigitur aut tollitur. et ab humiditate prime eta=
tis crescit. Et ideo iuuenes castrati arietes scilꝫ vnius an
ni sunt meliores et minus viscosi lactātibus agnis ꝛ porci
vnius anni vel duorꝝ meliores lactantibus porcellis. Et
ergo bene dicit auicēna tercia primi ca. de regimine eius
quod comeditur. Oportet autē vt cibus supple sanitatis
cōseruatiuus sit talis: quales sunt carnes. ꝛ ꝓprie carnes
edorꝝ et vitulorꝝ lactantiū paruorꝝ et agnorꝝ ānualiū. Et
ex istis omībus cocluditur ꝙ carnes hyrcorꝝ caprarꝝ ꝛ arie
tum et boum et porcorꝝ antiquorꝝ. et specialiter nō castra
torꝝ et porcellorꝝ lactantiū et agnorꝝ lactantium non sūt
multum cōuenie͂tes in regimine sanitatis. sed carnes vi
tulorꝝ iuuenū et arietum ānualiū: et porcorꝝ duorꝝ ānorꝝ
vel vnius etiam castratorꝝ sufficienter cōuenientes sunt
esui in regimine sanitatis. Et est diligēter notandū ꝙ car
nes declinātes ad siccitatem debent elixari. et declinantes
ad humiditatem debent assari: vt earꝝ humiditas tempe=
retur. et ideo carnes cuniculorꝝ leporꝝ ceruorꝝ vitulorꝝ ꝛ ca
priolorꝝ debent elixari. et carnes porcellorꝝ et castratorꝝ a=
rietum assari. elixatio enim obtemperat siccitatem. Et ex
hoc patet ꝙ in temporibus et cōplexionibus humidis ma
gis cōpetunt carnes declinātes ad siccitatem et assentur.
In tēporibus siccis et cōplexione ꝛ etate siccis magis co=
medunt carnes declinātes ad humiditatem.

Textus.

Oua recentia. vina rubeutia. pinguia iura.
Cum simula pura nature sunt valitura.

Comentum.

In hoc textu ponūtur tria alimēta. que in modica quā

titate multum nutriũt. Quoꝝ primũ est oua recẽtina q͂ sunt de his que in modica quantitate multum nutriunt vt innuit auicenna scđo canonis.ca.de ouis. Et idẽ vult quarta primi ca.primo vbi dicit.nutriens vero parue q̃titatis:et multi nutrimenti sunt oua et galloꝝ testiculi. Et illud idem in multis aliis locis repetit. Circa electionẽ ouoꝝ sciendũ est ꝙ oua gallinaꝝ et pardicũ ⁊ faseanoꝝ iuuenũ et pinguiũ sunt bona in sanitatis regimine ⁊ aliis ouis simpliciter meliora. vnde oua paruula longa sũt bona. vnde. Filia presbiteri iubet pro lege teneri. Q: bona st oua candida longa noua. Amplius oua tremula.i.ꝑ decoctionem aliqualiter inspissata vt in manu tenẽtis i cortice suo videanꝰ tremere sũt meliora duris et sorbilibꝰ.⁊ st multi nutrimenti et facilis ⁊ bone digestionis.et generãt sanguinẽ maxime cordi ꝓporcionalem. vnde cõualescentibus senibꝰ et debilibus maxime cõueniunt. et maxime vitella. Vnde auicẽna in tractatu de viribus cordis vult ꝙ vitella ouoꝝ animaliũ bone carnis sicut gallinaꝝ pardicum et faseanoꝝ licet non sint medicine cordi.multum tamen cor confortant. Et postea subdit ꝙ cito in sanguinem cõuertũtur.et post cõuersionem paucam habent superfluitatem.et generant sanguinẽ subtilem et clarum.⁊ ergo maxime cõfortant cor generando sanguinem ei proporcionalem. Et vlterius dicit ꝙ multũ valent in dissolutione substantie spiritus et diminutione sanguinis cordis. Sorbilia vero oua facilis sunt digestionis.⁊ leniunt pulmonẽ:et pectus:et ventrem lubricant ⁊ minus nutriunt q̃ tremula. Dura vero oua per decoctionẽ facta ad digerendum sunt difficilia et nutrimentũ exhibent grossum et tarde a stomacho descendens ⁊ tarde penetratiuũ Notandum est insuper ꝙ ex diuersitate ꝓparationis ouorum etiam acq̄ritur eis bonitas vel malicia. Aut eni sũt

ne est vinū mediū seu equale inter vetustatē et nouitatē et est clarū ad rubedinē trahens. bonū habens odorē et eq̄lis saporis quod nec acre nec acutū nec dulce sit quod nō fumosū nec grossum nec valde subtile. sed ad subtilitatez declinās. quod etiam inter fortitudinē et debilitatē obtinet mediocritatē. qd etiā nō creuit in saxosis et lapidosis mōtibus. nec in terra simpliciter plana et arabili. sed in terra montuosa versus meridiē discooperta. et in regione non nimis calida nec nimis frigida. Et ista partim colligunt ex auicēna tercia primi. loco p̄allegato. ¶ Circa regimē vini quo ad etates notande sūt tres regule. quas ponit auicēna tercia primi loco allegato. Prima est q̄ dare vinum pueris in potu est sicut ignē addere igni in lignis debilib9 eo q̄ pueri vehementer rari sūt: et de facili inflamabiles ꝓpter abundantiā sui caloris innati et sunt debiliū neruoꝝ et debilis cerebri quare ledit eos multipliciter vinū. et inflamatiōe facili. et percussione cerebri. et neruoꝝ sua penetratione facilima et effumatione copiosa. Cum igitur pueris vinū in potu datur calor eius inflāmabilis calori pueri inflāmabili additur in corpore pueri quod est pauce resistentie sicut debile lignum vel arundo sicca vel stipula arida ante faciem ignis. ¶ Secunda regula ē q̄ seni potest dari vinū in potu quantū tolerare potest sine nocumento scilicet quantū appetit appetitu naturali et regulato. Sicut enī veteres ocree aride et rugate renouantur oleo leniūtur et applanātur: sic corp ora senum p otu vini electi sicut vini beluēsis. Senes enī frigidi sunt et a vino calefiunt. et habent spm tristem et abundant ī melancoliis. sed vinum exhilarat eos et melancolias reprimit. comun iter male dormiunt. vinuz vero prouocat in eis somnū. Ad opilationes proni sunt quas vinum aperit et eas prohibet. Et sic sicut vinum est pueris contra=

riſſimū ita ſenibus vtiliſſimū. Tercia eſt ꝙ vinū tempe rate dandum eſt iuuenibus. temperate quidem ſecundū menſuram quantitatiuā ⁊ decentem limphationē. Licet enim iuuenes ſunt calidi ſicut pueri: tamen habent mē bra ſolidiora neruos et cerebrum fortes quibus potenter reſiſtunt nocumentis potus vini. Conſequuntur etiaꝫ ex potu vini ſobrie ſumpti iuuamenta plurima videlicet eductionem colere corporale robur et ingenii acumen. abū dantium ſpirituum ſubtiliū et paruiorꝫ.

Textus.

Non ſit acetoſa ceruiſia ſed bene clara.
De validis cocta granis ſatis ac veterata.

Comentum.

In iſto textu ponūtur quinqꝫ circa electionem ceruiſie quorꝫ primū eſt ꝙ debet eligi ceruiſia non acetoſa. quia acetoſa nocet ſtomacho. Acetum eni nocet neruis ſcd̾m auicennā in pluribus paſſibus. Jam ſtomachus eſt membrum valde neruoſum. et hoc quo ad eius orificiū. Secūdum eſt ꝙ ceruiſia debet eſſe clara. quia turbida opilat atqꝫ calculoſis nocet nimiū impinguat ac inflationem inducit atqꝫ breuitatem anhelitus. et eſt multorꝫ fleumatum generatiua. Terciū eſt ꝙ debet eligi ceruiſia de bonis granis nō corruptis. ſcilicet de optimo ordeo tritico ſiue auena. quia quanto grana ſunt meliora: melior ex eis generatur humor. Quartum eſt ꝙ ceruiſia debet eſſe bene cocta. quia melius digeritur ⁊ amicabilius a natura recipit̄. et nocumenta que proueniūt ex bibitione eius melꝰ tolerātur. Ceruiſia eni non bene cocta: ventoſitates in ventre inducit tortionem inflationē atqꝫ colicam. Quītū eſt ꝙ ceruiſia debet eſſe antiqua et a fecibus mūdata nō nimium recens. Recens eni ceruiſia inducit eadē nocumenta q̄ ceruiſia non bene cocta et cū hoc de ſe facilime inducit ſtrā

guriam

Textus.

De qua potest stomachus non inde grauetur.

Comentum.

Hic ponitur vnū documentū circa vsum ceruisie. et est q̄ vtens ceruisia debet ea vti temperate sic q̄ nō grauet stomachus vel inducatur ebrietas. Ebrietas enī que ex ceruisia puenit deterior est ea que ex vino ē et magis durās cum de ceruisia fumi et vapores eleuati ad caput sūt grossi quare minus resolubiles sunt q̄ qui ex vino eleuantur Et est hic sciendum q̄ in principio prandii vel cene ceteris paribus vtilius est incipere suum potum a ceruisia q̄ a vino. Cuius causa est quia in principio mense corpus est famelicū. et sic stomacus ante principiū sumptionis cibi famelicus erat et sic traxit supfluitates a mēbris. Si ergo vinū in principio mense daretur ex quo natura maxime trahit vinū. quia de se maxime nutritiuū ille supfluitates scilicet a stomacho tracte simul cum vino ad partes corporis traherentur. sed natura nō ita auide trahit ceruisiam. Similiter ceruisia lauat hūores adherentes orificio stomachi. Et pp̄ter illam causā medici consulunt q̄ i maxima fame debeat prius prouocari vomitus q̄ cibus sumatur vt ille supfluitates a stomacho famelico tracte euacuent ne cōmisceāt cū chilo. Similit timēs sitim ex nimia potatione vini debet bibere ceruisiā. Ipa enī siti mēdosam reprimit.

Textus.

Temporibus veris modicū prandere iuberis.
Sed calor estatis dapibus nocet imoderatis.
Autumni fructus caueas ne sint tibi luctus.
De mensa sume quantū vis tempore brume.

Comentum.

In hoc passu determinat de q̄titate cibi sumendi secūdum diuersitatē tempoꝝ q̄tuor anni que sunt ver estas autūnus et hyems. ⁊ dicit text⁹ primo q̄ tpe veris debem⁹

modicū prandere .i. paucū sumere cibū. Et idē vult auicē na scđa primi doctrina scđa ca. vi. ⁊ tercia primi doctrina qn ta ca. de regimie tēpoꝝ cū rectificatiōe aeris. Et ratio hu ius est vt ibidē etiā vult auicēna qꝛ tp̄e hyemis ꝓpter gu lositatē exercicii prauitatē et resolutiōis ꝓhibitionē mul= tiplicant̄ hūores crudi ⁊ maxime fleumatici q̄ ꝓpter ꝓpor cionalitatē tpis tūc maxie generāt̄ et isti in iteriorib⁹ corpo ris quoadunāt̄ ꝓpter frigus circūstās. Uer autē supueni= ens istos humores crudos in interiorib⁹ quoadunatos eli quat et facit eos currere p totū corpus q̄re natura tūc mul tū occupat̄ circa digestionē eoꝝ. Si ergo tp̄e veris daretur magna quātitas cibi natura a digestione taliū hūoꝝ fleu maticoꝝ īpediret̄ et diuerteret̄ qꝛ p istos hūores ⁊ magnā quātitatē ciboꝝ nimiū grauaret̄. Et sic tales humores in corpore manerēt īdigesti: et currentes ad aliqđ mēbrū illic egritudinē īducerēt. Et ergo summopere cauere debemus a magna quātitate ciboꝝ i vere qꝛ diminutio ciboꝝ tali tp̄e est vnū de maxime preseruātibus ab egritudinibus veris vt vult auicenna scđa primi loco prealiegato. Et istud qđ dictū est maxie veritatē habet de medio et fine veris ⁊ nō de inicio eius qꝛ iniciū eius hyemi assimilāt̄ q̄re tūc hō po test nutriri sicut in hyeme. Et istud etiā ītelligendū est qñ ver iuenit corpus repletū hūorib⁹ fleumaticis crudis. Si eni ver inueniat corpus tēpratū i hūorib⁹ cibus i eo dan dus est scđm mēsurā caloris īnati ⁊ resolutionē q̄ fit a cor= pore qꝛ tūc ablata ē causa q̄re diminueret̄ cib⁹. Et istud vo luit ypocras prima amphorismoꝝ dū dixit ventres hyeme et veri calidissimi sunt natura et somni lōgissimi. In his igit̄ temporibus oblatiōes plures dande sunt et eni inna= tus calor est multus nutrimento igit̄ indigent ampliori.
Scđo o dicit ꝙ nimia sūptio cibi nocet in estate. Cuius cau sa est qꝛ tunc tpis digestiua virtus est debilis cū spūs et ca lor innatus q̄ sunt instrumentū virtutū multū sunt debi

les sparsi et resoluti ppter calorem extrinsecū vehemētē trahentem eos ad exteriora. et ergo multus cibus nō pos set digeri. Et circa istud sciendū est q ppter vehementiā resolutionis humiditatū tam substantialiū q nutrimen taliū corporis in estiuo tpe grossior et maior cibus exhibē dus esset si virtus sufficeret ad digerendū talē et tm̄. sz qa nō sufficit vna vice multū digerere cibū: parum et sepe de eo dandū est iuxta illud galieni prima amphorismoꝝ co= mento illius canonis. Et quibz semel aut bis dicētis. In estate cibus multociens erit dādus et parū multotiēs qa indiget ppter sepissimā dissolutionem. parū propt̄ virtu tis defectionē. Et licet in estate parū de cibo sit dandū mlt̄ tum tamen de potu potest dari cum tūc resolutio maxia fiat et desiccatio corporis et eleuatio caloris sup humidū et plus sitiat homo q alio tpe. Verū est tñ q potus vini ꝛ pcipue vinosi puri minuēdus est. quia tale vinū est facili ter inflāmabile et calorem iā acutū estu violento excāde= scere facit et ergo si bibat̄ vinū miscenda est multa aqua et dimittat̄ vinū vetus et forte. Tercio dicit q in autūno debemus cauere a fructib⁹ saltem illi⁹ tpis vt vuis persi cis ficubz et similibz vel saltē nō multū de eis comedere. quia tales fruct⁹ generāt sanguinē dispositū ad putrefac tionē ppter ebullicionē quā in corpore ꝛ hūorib⁹ faciū et maxime si fuerit in stomacho imundo vel in cacochimico corpore recepti q̄le corp⁹ i autūno sepi⁹ occurrit. Et sic ma le tūc accidūt egritudines scilz variole morbilli ꝛ pestilen tes. pro maiori tñ noticia regimis cibi et potus tpe autū ni sciendū est q tpe autumni debet euitari fames ꝛ sitis ꝛ repletio multi cibi in vna hora. vt vult rasis q̄rto alinan soris ca. de regimie corporis scdm tpa. Vinū pterea quod bibit̄ pe autūni vehemēter est limphandū vt corpus hu mectet et calorē reprimat sed non superflue debet limpha

ri in tm̄ quãtũ in estatẽ nec̨ supflue debet tũc bibi quia tũc natura debilitata nõ sufficeret ipm̄ regere ⁊ digerere ⁊ nimis limphatũ calorẽ obtũderet ⁊ multiplicaret vẽtositates quib⁹ colica generari posset. Quarto dicit ꝙ tp̄e hyemali debem⁹ sumere cibũ tm̄ q̄ntũ volum⁹.i.plusq̄ ceťis tp̄ibus. Et idẽ vult auicẽna tercia primi loco p̄allegato.⁊ galienus in comẽto illi⁹ aphorismi p̄me particule aphorismoꝝ. Et quib⁹ semel aut bis vbi dicit. In hyeme mult⁹ cibus ⁊ paulatim est dãdus. Et rõ hu⁹ est q̄a calor nostri corporis in hyeme ẽ fortissim⁹: tum q̄a vnit⁹. Tum quia fortificat⁹ p̄ antiparistasim.i.iuxta positionẽ sui cõtrarii videlz frigiditas aeris nrã corpora circũdãtis. Et istud verũ est ĩ corporib⁹ robustis ⁊ carnosis: ⁊ nõ in raris et debilibus.q̄a in talib⁹ corporib⁹ frigus intensũ hyemis nõ confortat calorẽ sed magis debilitat. Et istud innuit ypocras p̄ia aphorismoꝝ dicẽs. Vẽtres hyeme ⁊ vere calidissimi sũt natura ⁊ somni lõgissimi. In his ergo tp̄ibus oblationes plures dãde sũt eteni ĩnat⁹ calor ẽ mult⁹ nutmẽto igiť ãpliori indigẽt. Et ex isto etiã sequiť ꝙ nutmenta grossiora ⁊ durioris digestiõis cõueniũt hyeme q̄ꝫ aliis tp̄ibus q̄z calor est fortior. Vinũ aũt quo vtendũ ẽ hoc tp̄e debet esse roseum nõ albũ cũ aqua pauca. Notandũ hic ꝙ licet cõsideratiõe habita ad fortitudinẽ caloris ⁊ digestiue virtutis in hyeme grossiores ⁊ dẽsiores cibi cõueniãt.quia tñ corpora tũc disposita sũt ad opilationes ⁊ repletiões ex fleumate plurimo nec ab eis resolutio multa fit a cõtinente tutius est vti tũt mediocrib⁹ cibis inter solidũ ⁊ rarũ: grossũ ⁊ subtile sicut carnibus edi vituli mutonis luciis percis et cancris. Et vtentib⁹ grossioribus cibis. vt boue porco ceruo conchis ostreis carpis. ⁊ similibus expedit vnica comestione in die contẽtentur vel vtantur sepe rebus diureticis et aperitiuis. vt petrosillino nasturtio apio ⁊ similib⁹

et forti vtantur exercitio.

Textus.

Saluia cum ruta faciunt tibi pocula tuta.
Adde rose florem minuit potenter amorem.

Comentum.

In hoc passu ponūtur duo remedia corrigentia potum malum. quorum primum est saluia cuius folia imposita potui corrigunt maliciam potus sua proprietate. et etiam in se habent virtutem confortandi neruos et cerebrum quibus confortatis melius resistunt malis fumis recipiēdis qui proueniunt ex malo potu. Secundum est ruta cuius etiam folia integra absque eorum alia contritione debent potui imponi. quia sua caliditate et proprietate corrigūt maliciam potus. Et de ruta quomodo valet contra venenū prius dictum est ibi. Alea nux ruta. postea subdit text⁹ q istis duobus predictis potest addi flos rose. Et hoc maxime debet intelligi de rosa rubea que sua aromaticitate existē te in ei⁹ superficie. et similiter sua stipticitate corrigit maliciam potus.

Textus.

Nausea non poterit quemque vexare marina.
Antea cū vino mixtam si sumpserit illam.

Comentum.

In hoc textu ponit̄ vnū remediū 9tra nauseā s. uē vomitū puenientes trāsfretātib⁹ nō cōsuetis dicēs. q ille q debz trāsfretari ātequā nauē itret debet aliqb⁹ dieb⁹ miscere aquā marinā suo vino. Et istd ē remediū p diuitib⁹. Quod si paup fuerit debz potare aquā marinā. vt facili⁹ nauseā euitet. Et cā hui⁹ ē qa aqua maris salsedinē habz. et sic sua salsedie et stipticitate q cōsequit̄ salsedinē orificiū claudit. et p hoc vomit⁹ ipedit̄. Et circa istd ē notād q sicut vult auicēna tercia primi capitulo de regimine iter agētis in mari. viator

in mari nō debet multū conari retinere vel cōpescere a principio nauseam vel vomitū: sed dimittat vomitus ipsius cōtinuari: donec per ipm fuerit bene purgatus. hoc eni p̄seruat a multis egritudinibus: et nedū p̄seruat pmo etiā curat vel alleuiat graues et magnas egritudines. vt lepram paropisim appoplexiā frigiditatē stomachi et eius inflationē, put vult auicenna tercia primi doctrina scda. ca scdo. Si tamen vomitus viatoris in mari supfluxerit sic q̄ vehemēter debilitet ipm restrigendus est comestiōe fructuum stipticoꝝ et acetosoꝝ. sicut sunt citonia et maciana acetosa vel poma de capenduto et mala granata acetosa. quibus orificiū stomachi confortatū depellit hūores inferius. et stomachus etiā cōfortatus ab his humores repellit effluentes ad eum ex agitatiōe ab vndis. Vel potest semen apii torrefactū bibi cum vino vel absintiū potest comedi aut bibi. Et similiter panis assatus et infusus in vino bene redolente comestus valet ad idē. Et vniuersaliter valet nutritio viatoris in mari ex cibis acetosis confortātibus os stomachi: et phibentibꝫ vapores et fumos ascendere ad caput. sicut sūt lentes cocte in aceto vel in succo vue acerbe.

Textus.

Saluia. sal. vinū. piper. allea. petrosilinum.
Ex his fit salsa nisi sit cōmixtio falsa.

Comentum.

In hoc textu ponitur modus faciendi salsamentū cōmune si in mensa deficiant salsamenta specialia. Et pro illo ponūtur quinq̄. ex quibus potest fieri salsamentum Primū est saluia. qua fit condimentū in assatione auce siue decoctione. Vniuersaliter eniꝫ auce assate siue porcelli saluia implenť vt humiditates supflue siue viscositates extrahātur. et odor saluie aucis aut porcellis immaneat.

post assationē tamen saluia eici debet ⁊ nō comedi. Simi
liter ex saluia fit cōdimētū comestibile a rusticis vel comu
nibus ī comestione auce. terūt enī alleum cū saluia ad au
ferēdū aliq̄d sapoꝛis allei. Scd̄m ē sal cū vino et ē sallamē
tū diuitū siue nobiliū. Ipsi eī deficiēte sinapio vel veriuto
ponūt in salsario vinū cui modicū salis admiscēt. Terciū
est piper ⁊ est salsamentū rusticoꝝ. Cōmiscēt enī piper cū
fabis ⁊ pisis. Similiter etiā ex pane asso cū ceruisia vel vi
no et cū pipere fit salsamētū nigrū ad modū pultis. quod
piper dicitur et hoc superessūdunt carnibus aut piscibus.
Quartū est alleū ex quo etiā fit salsamētū rusticoꝝ: miscēt
enī cum molli caseo et lacte terendo alleū et sic comedunt
cum cibo siue asso siue elixo siue salso siue dulci et cū ouis
duris. Quintū est petrosilinū ex cuius foliis cōtusis cum
veriuto vel albo vino fit viridis salsa cū assis comestibi=
lis. Et circa istud est notandū ꝙ salsamēta siue salse diuer
sificant̄ primo scd̄m tēpoꝛa. Temporibus enī calidis decli
nant salse ad frigus vel paucam caliditatē. tēpoꝛibus ve
ro frigidis ecōuerso. Materia igit̄ salsaꝝ in estate sit ver=
iutū vel agresta de sūmitatibus vitis vel acetū: succus li
monū vel citrāguloꝝ vel granatoꝝ cū zuccara et aqua ro
sarū. Et interdū in salsis q̄ fiunt in estate potest addi ali=
quantulū serpilli et petrosilini ad obtemperādū frigidita
tē predictoꝝ. Materia vero salsaꝝ cōpetentiū tēpoꝛib⁹ fri
gidis sunt sinapiū eruca zinziber piper cinamomū gario=
fili allea saluia menta serpillū et petrosilinū vinū aq̄ car=
niū acetū nō forte sed propinqum nature vini. Et in tem
poꝛibus mediocribus sint mediocris caliditatis et frigidi
tatis. Secundo diuersificant̄ ratiōe cibarioꝝ pro quibus
fiunt. Nam alia et alia cibaria indigent aliis et aliis salsis
sicut sciunt dominoꝝ coci. Mutonū enim et similiter vitu
lorum et capriolorum salsa conueniens est salsa viridis.

In estate quidem ex aceto et agresta cum paucis speciebus et sine alleis cum petrosilino zinzibere albo et agresta et pani asso infuso in aceto vel agresta. In hyeme fit eadem salsa cum pluribus speciebus et pauco alleo et optimo vino et pauca agresta vel potest sufficere sinapiũ et eruca. Salsa autẽ pro carnibus bouinis elixis est piper bullitum, quod fit ex pipere et pane asso et aq̃ carniũ et pauca agresta. et ista eadẽ salsa est satis cõueniens carnibus porcinis in hyeme. Possunt etiã carnes porcine comedi in estate cũ aceto et petrosilino in principio refectionis. Si autẽ predicte carnes pastillent̃ et specialiter bouine et porcine: in hyeme quidẽ apponat̃ cepe albũ cũ puluere specierũ dulci in parua quantitate: in estate vero sine cepis et cũ veriuto vel possunt apponi cepe parue et in pauca quantitate Si autẽ pastillatura sit ex carnibus subtilioribus nõ apponatur cepe sed in estate lac amigdalarum cum veriuto et pauco puluere specierũ dulciũ et in fine potest apponi ouum conquassatũ cum agresta sed in hyeme loco agreste ponit̃ vinũ et plus de speciebus. Assature autẽ cuniculorum et pullorum iuuenũ cõueniẽs est salsa in qua est cinamomũ et mica panis cũ agresta quidẽ in estate et cũ vino in hyeme. Assature autẽ porci salsa cõueniẽs est liquor descẽdẽs conquassatus cũ optimo vino et cepis in hyeme et in estate viridis salsa superius nominata. Assature autẽ fasianorum et columbarum et turturũ nulla alia salsa indigent nisi sale. Caponũ autem et galinarum elixatorum cõueniens salsa est aqua decoctionis eorum cum aliquantulo pulueris specierũ dulciũ et precise si in predicta decoctione addat̃ saluia psopus petrosilinũ et hoc in hyeme et in estate sufficit sola aqua cũ aliquãtulo succi summitatum vitis. Sed pro salsa caponũ et galinarum pinguium pastillandorum nichil penitus est apponendum nisi aliquãtulum pulueris spe

cierum ⁊ in fine agresta supradicta in estate: optimū vinū in hyeme. pisces vero quāto sunt grossioris carnis et diffi cilioris digestionis et maioris superfluitatis et humidioris nature tanto indigent salsis calidioribus et acutioribus et hoc etiam verum est in carnibus.

Textus

Si fore vis sanus: ablue sepe manus
Lotio post mensam tibi confert munera bina
Mundificat palmas et lumina reddit acuta

Comentū.

In hoc textu ponuntur due cōmoditates prouenietes ex lotione manuū post cibum sumptum. prima est qꝛ per hoc palme manus mundant̄. secunda est quia reddit lumina acuta. i. prodest oculis. et hoc maxime per accidens quia manus sunt instrumenta mundandi oculos quare multū cōfert eas esse mundas. Et de istis cōmoditatibus dictum est etiā prius ibi. Lumina mane manus.

Textus.

Panis nō calidus: nec sit nimis inueteratus.
Sed fermentatus. oculatus sit bene coct us
Modice salitus. frugibus validis sit electus
Non comedas crustam colerā quia gignit adustam
Panis salsatus. fermentatus. bene coctus
Purus sit sanus. qui nō ita sit tibi vanus

Comentū.

In hoc textu ponunt̄ duo vitāda circa electionē panis primū est caliditas. Non enī debet panis comedi calidus panis enī calidus est humane nature nociuus. Iuxta illud Auicenne scd̄o canonis ca. de pane dicētis. Non comedat̄ calidus sicut est. panis enī calidus nō est apud naturā receptibilis et acceptio eius qui est de furno et reliquoꝝ sibi similiū est mala. Et ratio est qꝛ talis panis multū opilat. Et postea iterū dicit auicenna. panis calidus sitim fa

cit sua caliditate et natat propter suã humiditatem vaporosam et est velocis digestionis et tarde descensionis. Et quanuis iste panis calidus nõ coueniat in regimine sanitatis quo ad esum: odor tñ panis calidi multũ cõfert. resuscitat eni sincopizantẽ et possibile est aliquos hoies viuere ex odore panis calidi. Scđm est ꝙ nõ debemus comedere panẽ diu pistũ siue muscidũ quia talis panis nõ est couenniens pro nutrimẽto nature humane: exsiccat eni corpus ac humores melancolicos generat. et ex isto relinquit ꝙ panis nõ debet esse calidus nec vetustate induratus sed priori die coctus. Postea in textu ponunt quinqꝫ cõditiones panis electi: quarꝫ prima est ꝙ panis debet esse fermẽtatus bene. Et istud vult galienus primo alimentorꝫ ca. scđo dicens. Optimi autẽ panũ pro digestione sũt qui maxime fermentati et qui assationẽ habuerũt a cõmensurato igne in clibano. Et iterũ eodẽ ca. dicit. qui vero penitus infermentatus est nulli vtilis est. Et scđm auicenã scđo canonis ca. de pane. panis habẽs parũ fermẽti plurimi est nutrimenti sed eius nutrimẽtũ opilat nisi illos qui sunt plurimi exercicii. Scđa est ꝙ panis debet esse oculatus .i. perosus ꝛ per hoc denotat ꝙ viscositas eius est ablata. Verum est tñ ꝙ iste panis scđm auicennã loco preallegato velocis ẽ penetrationis ꝛ minoris nutrimẽti et deterioris sicut est panis opirus q̃ est plurimi furfuris. Tercia ẽ ꝙ panis debet esse bñ coctus qꝛ panis male coctus male digestionis est et stomacho grauedinẽ affert. Et auicẽna scđo canonis loco p̃allegato dicit. Et ille qui nõ bene decoquit est plurimi nutrimẽti sed eius nutrimentũ opilat nisi illos q̃ sunt plurimi exercicii. Et panis de patella est huius generis: eius nãqꝫ pars iterior raro decoquit bene. Quarta est ꝙ panis debet esse tẽperate salit⁹. Nimiũ eni dulcis opilat et nimiũ salsus exsiccat. Moderate tñ salsus optimũ nutrimẽtũ p̃bet dũ tñ cetere cõditiões assint. Quinta est ꝙ sit

factus ex optimis granis videlicet ex optimo tritico ꝛ sana messe collecto. Deinde subdit textus ꝙ nos debemus cauere ab esu cruste panis qꝛ illa generat colerā adustā siue humorē melācolicū ex quo enī ipsa adusta et sicca est humor ab ea genitus adustus erit et siccus et propterea nobiles q̄ natura colerici sunt deponere faciūt superiorē crustā panis ac inferiorē quos ꝑmitāt͛ prelati ac deliciosi. Eligat͛ igit͛ mica panis q̄ est melioris maioris et velocioris nutrimenti ꝙ crusta. Verū est tn̄ ꝙ aliquādo cōuenit sanis habentibus stomachū humidū et volentibus demacerari et in fine comestionis plus cōpetit. Juuat enī cibi descensuz et cōfortat orificiū stomachi: Postea in duob⁹ vltimis versibus innuit͛ ꝙ panis bonus debet habere istas quinqꝫ cōditiones scilicet ꝙ sit salitus fermentatus bene coctus purus id est de mundis granis et sanus. i. de granis sana messe collectis. et istas cōditiones partim innuit auicēna loco preallegato dicens. Oportet vt sit panis mūdus salitus massam habēs cōfectā fermētatus coctus bene ꝛ vna nocte permanens. Et circa istud est sciendū ꝙ si querat͛ nutritio maior et prior mundificet͛ panis a furfure et si velimus ventris subductionē aliqualē dimittamus aliquaz partē furfuris. furfur enī parū nutrit et ventrē subducit et farina econuerso.

Textus

Est caro porcina sine vino peior ouina
Si tribuis vina tunc est cibus et medicina.

Comentū

In hoc textu cōparat autor carnē porcinā carni ouine dicens ꝙ caro porcina sine vino minus sana est ouina tamen si caro porcina sumat͛ cū vino ipsa est optimū nutrimentū et medicinā prebens qꝛ multū humectat: et hoc intelligēdū est maxie de porcellis assis siue de apris optime preparatis. Et circa istud est sciēdū ꝙ carnes porcine q̄bus

rustici et cōmunes vtunt quando videlicet sunt salse vel sole vel fumo exsiccate nullo modo saniores sunt carnibus ouinis ceteris paribus siue cū vino siue sine vino sumant. Sed istud dictū veritatem habet de carnibus porcellorum assatorum vel de carnib⁹ aprinis modo predicto.

Textus.

Ypia porcorum bona sunt: mala sunt reliquorum

Comentū.

In hoc textu cōparatur omasa porcorū omasis reliquorū brutorū et dicit textus ꝙ omasa porcorū .i. intestina preualent quo ad esum intestinis aliorum brutorū. Cuius ratio potest esse ista. quia pauca intestina comedimus nisi illa q̄ replentur sanguine vel que sunt aialiū multū pinguium cuiusmodi sūt porci. Iā solus sanguis porci ꝓpter suā cōplexionē et similitudinē complexionis cū natura huāna ē sanguis quo omasa siue itestina implentur. Et similiter porci facilius īpinguantur ꝙ aliquod aliorū brutorū: ideo magis sumimus intestina porci ꝙ aliorum brutorum.

Textus

Impedit vrinam mustum. soluit cito ventrem
Epatis emfraxim. splenis generat lapidem q3.

Comentū

Hic ponuntur quinq3 nocumēta ꝓuenientia ex potatione noui vini vel musti. Primū ē ꝙ mustū ipedit vrinā et hoc potest itelligi dupliciter primo qr mustū grossū ꝓpter suā grossitudinē ex fece admixta opilat ip̄3 epar siue ip̄os renes sic ꝙ vrina de facili nō p̄t hr̄e suū cursū. Scd̄o ipedit vrinā quo ad debitū ei⁹ modū sicut facit mustū renēse aliquod et quedā alia vina subtilia similiter qr est aliqd̄ mustū renēse cuius feces sunt mordicātes et dū ip̄m venit in vesica ille partes terrestres nitrose mordicāt vesicā et cogunt vrinare sine ordine debito et modo cōsueto. Scd̄m est ꝙ soluit vētrē. Et ratio est quia abstergit viscera nitro

sitate sine salsedine sue fecis et stimulat ea ad expulsionē. primo propter mordicationē fecis. scdo propter multitudinē ventositatis quā inducit tale vinū siue mustū. tercio lubricādo cito inferius per viā indigestibilitatis et grauaminis stomachi quare stomachus se relaxat et porta nariū oppressus aperit. Terciū est ꝙ mustū nocet bone cōplexioni epatis qꝛ opilat ipsū propter imixtionē plurimā sue fecis et perducit ad dissinteriā epaticā propter inflationē eius qua debilitat epar. Et istud vult auicenna tercia primi ca. de regimine aque et vini. Et sic etiā iducit cacheciā siue malam dispositionē coloris et malas inducit egritudines epatis scilicet diuersas specie s ydropisis. Quartuꝫ est ꝙ mustū nocet spleni et dispositioni eius propter eādē causā que dicta est de epate qꝛ opilat splenē et sic iducit duriciē eius. Quintū est ꝙ mustū generat lapidē et maxime illum qui in renibus est qui rubeus est de facili frāgibilis causa opilationis quā facit et grossitudine sue substantie. Et istud verū est de musto vinoꝝ multū dulciū nō habente feces nitrosas et mordicātes. Mustū eni habēs feces nitrosas et mordicātes magis impedit lapidē quia multuꝫ facit vrinare sicut mustū aliquod renense facit apparere arenulas in vrina siue grauelā quia facit multū vrinare Multa eni vrina sua lotione abstergit arenulas adherentes que cum ea expelluntur.

Textus.

Potus aque sumptus fit edenti valde nociuus
Infrigidat stomachumqꝫ cibum nititᷣ fore crudum.

Comentum

Hic ponuntᷣ duo nocumenta prouenientia ex potu aque et hoc quo ad edentē. Primū est ꝙ potus aque nocet stomacho edentis. Cuius ratio est qꝛ ipsū infrigidat et relaxat et maxime deicit appetitū cibi. Secūdū est ꝙ potus aque cū sumitᷣ cibus impedit digestionē cum cibū sumptū icrudet

Et istud vult auicenna tercia primi cā. de regimie ei⁹ qđ comeditur dicens. neq₃ post ipm scilicet cibū multa biben da est aqua: que inter ipm scil₃ cibū ⁊ corpus stomachi se= paratione faciat: et ipm natare faciat. Et ca. de regimine aque et vini dicit. Et cū natura in digerendo nutriēs stu= deat sacietate aque iā pcedente sufficiēter. i. si pcesserit sa= cietas aque sufficiens ad bonā cibi pmixtionē: aqua vehe mēter est impediens supple digestionē inchoatam. Et idē vult auicēna scda cantice. tractatu primo. ca. qrto. dicens Est etia₃ vitādus potus aque in mensa nisi rōne adherē tie et tarditatis descensus bucelle. Non est etiam sumen da aqua cum cibo. Et auerroys in comento ait. Causa q= dem huius est. qm cum sumitur aqua sup cibū priusq₃ sto machus calefecerit ipsum infrigidat ipm et incrudat. Et etiam causa quare supnatet cibus sumptus in stomacho et quare etiam nō adhereat et vniat eidē q₃ cōterat ipm si cut exigitur. Actio nāq₃ stomachi sup sumptum cibu₃ fit cōterendo coquendo simul. vnde sicut cū infūditur simul et in magna qtitate aqua in olla pter quod tardatur ci= bi decoctio in eadem: sic etiam cōtingit idem ipsi stoma= cho. Et istud maxime verificat de potu multe aque. Mo= dica eni quantitas aque frigide suggendo sumpta potest cōcedi ante descensum cibi vt per eam cōpleatur cibi descē sus ad inferiora. et hoc si sitis infestauerit et bibere coege rit. Nā modica quātitas aque frigide pdicto modo sump ta stomachū alleuiat et colligit. Alleuiat quidē a siti. alle= uiat etiam cooperādo ad descensum cibi. Colligit aūt sua frigiditate coadunās partes stomachi. Et istud colligitur ab auicēna locis pallegatis. Notādū q₃ q₃uis in sitis ex= tinctione aqua sit cōuenientior potus q₃ vinū. tamē omi bus cōsideratis vinū est potus cōuenientior in regimine sanitatis q₃ aqua. Nam dato q₃ in sitis repssione que ē ap

petitus frigidi et humidi aqua vniuersalit̃ melior sit quia frigida et humida.naturaliter tñ in cibi pmixtiõe ⁊ eiusđ delatione ad partes corporis extremas vinũ p̃ualet aqua Nam vinũ rõne sue subtilitatis in substãtia ⁊ actione subtilius cibis pmiscetur.et specialiter quia natura magis in eo delectatur.ideo citius attrahit ip̃m ⁊ aliis cibis pmiscet et specialiter quia hec mixtio fit per viã cuiusdã ebullitionis quã vinũ magis iuuat rõne virtualis caliditatis. et aqua impedit rõne frigiditatis. Et sic patet ꝙ vinũ p̃ualet aqua in ciboꝝ pmixtione.Et similiter p̃ualet in eorũdem delatione. Nam vinũ est optim⁹ penetrator quod ei debetur rõne subtilitatis sue substantie.et ratione caliditatis virtualis.subtilia enĩ et calida multũ sunt penetratiua.et per cõsequens vinũ est magis delatiuũ q̃ aqua in qua nichil est virtualiter calidũ nec substantie aereitatis. nec igneitatis.vnde aque mora transeundo impedit omnem cursũ. Amplius aqua ex alio nõ est potus ita cõueniens sicut vinũ.quia aqua impedit alimentuꝫ nutrire:eo ꝙ nõ nutrit quare illud vtiqꝫ min⁹ nutrit.vnde q̃to cib⁹ est magis aquaticus:tanto est min⁹ nutritiuus. Bonum est igit̃ ꝙ vinũ pmisceatur cũ cibo quod solũ non impedit nutritionẽ pmmo multũ iuuat quia vinũ est maxime nutritiuũ et maxime restauratiuũ et velocissime nutrit. vt prius dictũ est. Notandũ insup ꝙ nõ solum nociu⁹ ẽ pot⁹ aque edenti:siue sumenti cibũ pmmo in pluribus aliis casibus nociu⁹ est quos narrat auicẽna tercia primi ca.de regimie aque ⁊ vini.Primo enĩ incõueniẽs est in hoĩe ieiuno.tũc enĩ libere penetrat aqua bibita nullo retinaculo ĩpedita vsqꝫ ad intima mẽbroꝝ principaliũ mortificãs suum colorẽ inatũ. Et istđ ẽ verũ de hoĩe vere ieiuno. ebrio enĩ qñqꝫ pficit neqꝫ ledit̃ ip̃e si ieiun⁹ bibat aquã qa ieiun⁹ ebrius nõ ẽ oĩno ieiun⁹ nec ẽ in stomacho vacu⁹ sed ad

hec habet reliqas aliquas hesterne crapule. quarum nitrosi tas aqua mitigatur et stomachus ab his per aquam abluitur. et repl sis vaporibus et fumis preparatur stomachus ad receptionem no= ui nutrientis. Secundo incouenies est in homine exercitato forti exercitio. et similiter statim post coytum. Nam tunc pori corporis sunt multum aperti: quare penetrat aqua in profunda membrorum mortificans calorem inatum. quod post coytum etiam debilitatus est. Tercio incouenies est post balneationem maxime cum fit hec balneatio ventre vacuo. tunc enim vie sunt vehementer apte. quare ledens penetrat aqua vt dictum est. De isto potu aque di= cit auicena sexta quarti summa secunda. ca. vltimo. Ex potu illius in ieiunio et post balneum et post coytum timetur corruptio coplexio nis et ydropisis. Quarto incouenies est bibere aquam frigidam causa obediendi siti nocturne mendose que accidit in crapulatis et ebriis. Nam per potum aque frigide prohibentur resolutio et dige= stio humoris salsi vel fortis vini vel altius acuti facientis si tim. et sic cito post potum reuertitur sitis ita fortis vt ante. Sed si vehemens affuerit sitis nimium vexans et inquietans nec suffi= ciat aeris inspirati frigiditas nec ablutio oris cum aqua fri= gida bibat sitibundus aquam frigidam cum vase stricti orificii. siue gracilis rostri quatenus aqua plurius detur super orificium stoma= chi fortius siti mitiget. et de ea minus sumat ne digerendorum digestionem penitus impediat. Quinto generaliter malum est sanis bibere multam aquam frigidam quia extinguit calorem inatum et pectus offendit et stomachi appetitum deicit. et membris cibus neruo sis obest. Verum est tamen quod aqua temperate frigida aliquando per accidens appetitum excitat et stomachum fortem efficit coaduna do ipsum et stringendo villos eius.

Textus.

Sunt nutritiue multum carnes vituline.

Comentum.

In hoc passu autor laudat carnes vitulinas dicens. quod

carnes vituline multũ sũt nutritiue. Et istud innuit auicẽna tercia primi ca. de regimie ei⁹ quod comedit̃ vbi vult ꝙ cibus sanitatis cõseruatiuus debet esse talis quales sũt carnes q̄ sũt similis nature prius apte fieri sãguis ⁊ maxime carnes edoꝝ ⁊ vituloꝝ paruoꝝ lactantiũ et agnoꝝ annaliũ. Et istas carnes vitulinas sũme laudat galien⁹ t̃cio alimẽtoꝝ. vbi vult ꝙ carnes vit̃li lactãtis sex ebdōada rũ vel octo assate saniores sũt mutoninis. facilis enĩ digestionis et multũ nutritiue sũt. Et de istis carnibꝫ vitulinis etiam prius dictum est.

Textus.

Sunt bona gallina capo turtur sturna columba.
Quiscula vel merula phasianus et higoneta.
Perdix frigellus orex tremulus amarellus.

Comentum.

In hoc passu ponuntur carnes eligibiliores pro nutrimento nature humane animaliũ volatiliũ. et enumerantur quatuordecim aues. quaꝝ carnes bone sũt pro nutrimento homĩs. Prima auis est gallina. cui⁹ esus siue comestio nature humane cõueniens est. Halp enĩ Auẽzoar Auerroys et mesue. vt dicit consiliator pre ceteris laudant que pulloꝝ carnes et maxime galline que nondũ peperi[t] et galli qui nondũ calcauit. Sũt enĩ facilis cõuersionis ĩ sanguinẽ ⁊ supfluitatũ paucaꝝ ppͥetatẽ mirabilẽ habẽtes in tẽperando ꝯplexionẽ et hũores cui⁹ brodiũ optima leprosis ẽ medicina. Et de carne gallinaꝝ dicit auicẽna secũdo canoĩs ca. de gallinis et gallo. ꝙ caro gallinaꝝ q̄ sũt pulle in itellectu augmentũ efficit clarificat vocẽ et augmẽtat sperma. Et melior gallia scd̃m eũ ibi ẽ q̄ nondũ parit oua. Secunda auis est capo siue gallus castratus cuius carnes ponit cõsiliator differentia sexagesimaoctaua int̃ laudabiliores carnes. Et carnes istas ⁊ siĩliter priores

digerit stomachus a proprietate. Tercia auis est turt̃ que etiã est boni nutrimẽti et bonũ generans humorẽ. Cuius carnẽ auicenna scdo canonis ca. de carne sũme laudat dicens. Volucris quidẽ caro melior nõ est q̃ alduragi. i. turturis et galinarum et subtilior earum et nõ sunt cũ nutrimẽto carniũ alcubegi. i. perdicũ &c. Quarta auis ẽ scdm aliquos est sturnus & ista auis debet comedi in iuuẽtute et est auis nota teuthonice een spre vve. Scdm alios est starna quã rasis tercio alinãsoris precęteris volatilibus laudat dicẽs Starne caro omni carne auiũ leuior inuenit̃ atq3 his qui subtili volunt custodiri regimine cõuenientior. Et potest per starnã ĩtelligi auis magna velut anser grisea cinerea cuius caro laudabilis est maxime cũ iuuenis fuerit. et isto modo ĩtelligit alinãsor preferẽs istã carnẽ aliis. Vel potest per starnã intelligi maneries perdicis parue quã Moyses videt̃ intelligere iudeis inquiẽs similiter starne nõ videntur pro dño nostro quia ventrẽ cõstringũt. Et istam proprietatẽ alii attribuunt perdicibus carnes enĩ ipsarum ventrẽ cõstringũt teste rasis tercio alinansoris. Quinta auis est colũba q̃ est auis nota cuius caro est colerica. Et de colũbis dicit rasis loco preallegato. Columbe vehẽmẽtis sunt caliditatis q̃ sanguinẽ inflãmatũ generãt et cito febricitare faciũt. Et ergo aptius colũbe comedi debẽt in pastillis cum vuis acerbis q̃ assari. Per vuas enĩ acerbas aufert̃ caliditas quã sanguini inducũt. Et electiores colũbe pro esu sunt columbe iuuenes volare potentes quia tales sũt leuioris digestionis et melioris humoris. Pulli enĩ nõ volare potentes caliditatẽ et humiditatẽ habent superfluas quare grossos generant humores vt vult auicenna scdo canonis ca. de columbis. Antique vero columbe et earũ caro propter caliditatẽ nimiam et siccitatem et digestionis difficultatẽ sunt euitande. Et similiter etiã turtures

antique. Sexta auis est quiscula. que ab aliquib⁹ nomia tur coturnix. quia quiscula est nomē onomatopepon scilȝ fictū a suo sono. Et caro ista scd̄m aliquos est subtilis sub stātie bonū generās humorē. et multū cōpetit sanis cōua lescentibȝ. Scd̄m ysaac tamen coturnices ceteris volatili bus sūt peiores. nec nutrimēto nec digestioni laudabiles. quia ex comestione carnis eaꝝ timet̄ spasmus et tethan⁹ put etiā vult auicēna scd̄o canonis ca. de eis subiungens racionē scilȝ quia in substantia carniū eaꝝ est virtus faciē di huiusmodi accidentia narrata. et sic nō proueniūt illa accidentia ex eo solum quia coturnices comedūt elleboꝝ. Et hinc est ꝙ gallici comedūt coturnices cū molli pingui caseo. et inde faciunt pastilla. potest tamen per coturnicē intelligi alia auis a p̄dicta perdice maior. eiusdē fere colo= ris: cū rubeis pedibus et rostro: saporis delectabilis dicta coturnix ytalica lingua. Et isto modo rasis tercio alman soris accipit coturnicē quando p̄fert carnes eius post car= nes starne alioꝝ volatiliū carnibus. Septima auis ē me rula. que est eiusdē q̄titatis cū sturno sed est ad nigredinē tendens: et habens rostrū subrubeū. et similiter debet co= medi iuuenis. Octaua auis est phasianus. i. gallus silue= stris. que ab omībus medicis enumerat̄ inter aues lauda biliꝭ carnis. Caro eni talis auis nature humane est cōue nientissima. et est cibus principū et magnatū. Cōciliator eni loco p̄allegato dicit. siluestriū vero laudabiliores sunt fasiani ad sanitatem et ad robur. Et fortassis etiā vniuer saliter domestici cū sint gallinis ꝓpinquissimi. et eiusdem fere speciei sintꝗ illis siccioris aeris ⁊ alimenti ac exercitii amplioris. Nona auis est ethigoneta. que est auis parua ad modū perdicis: sed longū rostrum habens. cui⁹ caro ē optima. Decima est perdix. cui⁹ caro scd̄m auicēnā. secun do canonis ca. de cubugi est de subtiliorib⁹ carnib⁹ impin

guās. quia multū nutrit cor abstergens pdropiā ꝛ stoma cho cōferens et augmentū in coptu faciens. Verum est ta men ꝙ stringit ventrem. Et istam carnē galienus tercio alimentoꝝ ca. decimo ꝛ octauo de ingenio ca. secūdo. pfert omnibus aliis volatiliū carnibus. Et dicit de ista carne ꝙ si assidue comedat maxime confert memorie. Vndecima est frigellus. ꝛ est auis comedēs racemos velociter volās similis sturno. sed est melioris nutrimēti ꝙ sturnus. ꝛ mlt te tales iueniūtur vbi sunt vinee. et inebriant ex esu race moꝝ. et melior est caro eaꝝ circa festum oīuz sctōꝝ. Duo decima est orex. et est scdm aliquos galina siluestris siue galina phasiani. Vel secūdū alios et galina aquatica id est natans in aqua. et siue sit femina phasiani: siue galli na aquatica eius caro est boni nutrimēti. Decimatercia est tremulus. et est auis coīter stans prope mare minor ꝙ galina. sed est auis fusca: alte clamans. et velocissime vo lat. et quādo ambulat sup terrā cauda eius semp tremit. ꝛ ideo dicit tremulus et habet supra caput eius longuas plumas. Et nō est parua auis longuā habens caudā que a medicis vocat cauda tremula. Vltima auis est amarel lus. et etiā est auis similiter existens in aquis similis ane te sed ea minor. Et generaliter loquēdo inter aues come stibiles plus laudant ille que volatu velociores sūt. Et si cut carnes pdictaꝝ auiū sūt laudabilis nutrimenti et fa cilis digestionis. ita etiā reperiunt carnes aliquaꝝ auium illaudabilis nutrimēti difficilis digestionis ꝛ inequalis cō plexionis: sicut sūt carnes anserum et pauonum ꝛ malar dorum ꝛ vniuersaliter auiū habentiū collū longū et rostrū longū degentiū in aquis. ꝛ carnes passeꝝ que sūt calidissi me et a tēperamento longissime et multū excitantes cop tum. Circa electionē vero carnis volatiliū sciendū est ꝙ scdm diuersas laudabilioris nutrimēti ꝓprietates ac ei⁹

quod nutrix sanitatis vel roboris intentionē carnes laudātur varie. Unde galienus respiciens facilē alterationē et subtilitatem in carnib⁹ pardicū pfert easdem. rasis vero cū ysaac respiciens subtilitatem starne ac leuitatē ipam ceteris ptulit. ysaac etiā scdm diuersas intentiones carnes volatiliū laudauit diuersas. Auicēna vero laudauit carnes turtuꝝ pre ceteris. vel quia respexit ad pprietatē qua roborant et cōfortant intellectū. Vel quia in terris ei⁹ est ipaꝝ tanta bonitas que nō est in aliis terris. Sciendū est insup q carnes volatiliū plus cōueniunt q carnes qdrupedum his qui relicto exercitio corporali vacant consiliis studiis et cōtemplationib⁹ quia digerunt facilius aliis. Juxta illud galieni tercio alimentoꝝ. Digestibilior est tn̄ hec caro volatiliū aīalium et maxime pardicū et generāt sanguinē clarū mundū spirituosū mentis exercitiis ꝛ eleuationi intellectus aptum.

Tertus.

Si pisces molles sunt magno corpore tolle.
Si pisces duri parui sunt plus valituri.

Comentum.

Hic ponūtur duo accidentia. ex quoꝝ noticia attenditur electio piscium. Unde pisces aut sunt duri aut molles Si molles sunt tunc seniores sunt eligibiliores. Cui⁹ causa est ista quia mollicies puenit ex humiditate que in iuuene pisce indigesta est. et in sene plus digesta. ꝛ sic in iuuentute tales pisces sunt generatiui fleumatū sed senes minus. Et sic patet q anguilla senior sanior est iuuene secundum quosdam. Si vero tales pisces sunt duri tunc iuuenes sunt saniores id est digestibiliores cuiusmodi sūt lucii et parce. duricies enim inquantum huiusmodi resistit digestioni. Et istam sententiam ponit Auicenna secundo canonis capitulo de piscibus. dicens. Et eligitur

quidē ex piscibus duram carnem habentibꝫ ille qui ē minor. Et ex habentibꝫ mollem carnem ille qui est maior ad terminū aliquem.

Textus.

Lucius et parca saxaulis et albica teuca.
Gornus plagicia cum carpa galbio truca.

Comentum.

Hic tangūtur decē pisces eligibiles pro nutrimēto nature humane. quoꝝ prim⁹ est lucius qui est piscis notus et dicit̄ esse tyrannus piscium. quia nō solū deuorat pisces alterius speciei. sed etiā eiusdē speciei cum eo. vnde vers⁹. Lucius est piscis rex et tyrānus aquaꝝ. A quo non differt luci⁹ iste parū. Est enī piscis dure carnis et natatu velox. Secundus est parca. a parco parcis parcere dicta: per contrariū quia nulli pisci parcit. ꝑmo irata vulnerat alios pisces suis squamis quas habet supra dorsum. nec eam audet iuadere lucius ꝑmmo vt narrat albertus de naturis animaliū. est naturalis amicitia parce et lucii. lucius enī lesus ab alio difficulter sanatur sed les⁹ querit parcā que videns eū lesum tangit et lenit vulnus lucii. et sic lucius sanatur. Et est parca similiter piscis dure carnis not⁹ teuthonice een baers. Tercius piscis est saxaulis vel saxaulus piscis marinus. apud gallicos dictus sola. Alii dicunt ꝙ est piscis teuthonice dictus een tonghe. et est piscis mlt̄um sanus inter pisces marinos. Quartus est albica teuthonice vvitinc. et est piscis marinus. Quītus est teuca q̄ est piscis dulcis aque notus pellem habens lubricaꝫ atqꝫ viscosam ad nigredinē tendens. sed eius caro est dura. vnde ab istis tribus piscibus qui sūt luci⁹ parca et teuca post eoꝝ coctionē aufertur pellis. Et dicit̄ iste piscis teuthonice ptincke. Sextus est gornus. et est piscis minimus marinus albus ad quantitatē medie partis medii digiti quo

ad longitudinē qui comeditur cum capite et spinis et di=
citur theuthonice een gaernaert. Septimus est plagicia
et est piscis marinus notus latus habēs in vna parte sue
pellis maculas rubeas et pellis est tota alba curuū os ha=
bens teuthonice een pladiis scol. Octauus est carpa q̄ est
piscis dulcis aque notus multū tamen de se est viscosus sꝫ
a magnatibus decoquit̄ in vino et sic ab eo tollit̄ eius vi
scositas. Nonus est galbio et est piscis marinus notus
a quibusdā dictus rogetus theuthonice roetbaert ⁊ piscis
dure carnis et sanus. Alii textus habēt gouio et est piscis
paruus dulcis aque ad longitudinē vnius digiti longi et
est rotondus et suauissimus galice gouion. Vltimus est
truta que est in carne similis salmoni nec tñ est salmo et
est longus et nō grossus. Et capit̄ i magnis fluuiis ⁊ per
mittit se fricari in aqua et sic capit̄ et ex eo fiūt pastilla cū
spēbꝫ et est piscis valde p̄ciosus galice trutes. Circa electio
nem vero pisciū sciendum est primo ꝙ pisces respectu car
niū ceteris paribus minoris sunt nutrimēti et facilis dige
stionis et nutrimentū eoꝝ est pluriū superfluitatū et fleu
maticum et frigidū et humidū et minus mansiuū. Et sūt
ad digerendū duri et longā faciunt morā in stomacho. Et
quia in eoꝝ digestione laborat stomachus et interdū cor=
rumpunt̄ in stomacho et qualitatē quādā suscipiunt pu=
tredinalē sitim generāt. Et vt sic ed vnū dicere carniū lau
dabiliū nutrimentū melius est nutrimento piscium. Se=
cundo sciendū est ꝙ pisces marini sunt meliores in regimi
ne sanitatis ceteris paribus piscibus aque dulcis. Eorum
eni nutrimentū est minus superfluicū et nature carnium
magis propinqum. Sed qꝛ ceteris paribus pisces mari=
ni sunt durioris carnis piscibus aque dulcis ideo sunt diffi
cilioris digestionis et resolutionis et pluris nutrimenti et
purioris. Verū est tamen ꝙ in egris magis cōferūt pisces

aque dulcis propter debilitatem digestiue eorũ. Tercio
sciendũ ꝙ in piscibus tam marinis ꝙ̃ aque dulcis eligendi
sunt quorũ caro est alba nõ viscosa. sed frãgibilis nõ mul=
tũ grossa sed subtilis. non grauis odoris sed suauis. nec ci
te putrefactionis. sed sufficientis durationis. nõ mali co=
loris sed boni. et quoꝝ habitatio nõ est i lacubus stagnis
nec in locis sordidis. nec in aquis habẽtibꝫ malas herbas
Et eligẽdi sunt nõ valde iuuenes nec valde magni. ⁊ qui
sunt velocis motus et pauce viscositatis. Et si sint pisces
marini eligendi sunt qui capti fuerũt in fluminibus mul
tũ distãtibus a mari et hoc ceteris cõditionibus bonis sup
positis. Item suppositis predictis cõditionib⁹ ꝙ̃to pisces
sunt squamosiores tãto sunt meliores. Et similiter intel
ligit̃ de spinis quia spine multe et squame significant pu
ritatẽ substantie piscis. Item inter pisces marinos melio
res et puriores sunt qui capti et nutriti sunt in mari pro=
fundiori et magis agitato ad quod est cursus pluriũ flu=
uioꝝ. Et ergo capti in mari septentrionali quod magis
est agitatũ et magis tempestuosum et velocioris fluxus
et refluxus meliores sunt captis in mari mortuo vel me=
ridionali. Et similiter intelligendũ est de piscibus dulcis
aque. Nam ceteris paribus ꝙ̃to aqua est profundior ⁊ mo
bilior tãto piscis i ea nutrit⁹ ẽ melior. Et ex his sufficient̃
eligi potest q̃ pisces sũt vitupabiles ⁊ q̃ laudabiles. pisces ei
bestiales sicut porcus marinus canis marinus delphin et
morua nõ multũ cõpetunt in sanitatis regimine. Sunt
eni difficilis digestionis et grossi humoris et multe super
fluitatis nec in carnibus predictoꝝ pisciũ apparent cõditi
ones superius numerate puta albedo subtilitas ⁊c. Et si
hos pisces et cõsimiles comedi cõtingat nõ statim sunt co
quendi et comedendi postꝙ̃ capti sunt sed obseruãdi sunt
per aliquos dies quousqꝫ eorum carnes molescant et tre=

mescant sine substãtie corruptione. Et etiã predicti pisces meliores sunt semisalsi ꝙ recẽtes aut perfecte salsi. Inter alios autẽ pisces marinos cõsideratis conditionibus supradictis laudabiliores videnẽ rogetus et gornatus siue gornus. Nam eoꝝ caro et substãtia est purissima. Et post hoc plagicia et sola sed hoꝝ caro est magis viscosa et minus frangibilis et minus alba et magis grossa et minus subtilis nec hoꝝ sapor aut odor est ita delectabilis. Et forte piscis merlengus est laudabilior post rogetuȝ. Non est enĩ tante grossiciei et viscositatis sicut plagicia et sola et eius substantia est satis frãgibilis: sed consideratis sapore et odore cnm colore et substantie puritate et mobilitate deficit in bonitate a rogeto et gornato: et similiter itelligatẽ de allece. Et morua iuuenis satis appropinquat predictis in bonitate consideratis predictis conditionibus: est tamẽ grossior et viscosior predictis piscibus. Salmones autẽ et turboti et maquerelli multum deficiunt in bonitate sunt enim multũ grossiores et viscosiores et ad digerendũ difficiliores et magis superfluitate pleni vnde cõpetũt nisi exercitantibus fortibus iuuenibus cum quibusdã salsis eotũ viscositati grossiciei et frigiditati repugnantibus. Inter pisces autẽ dulcis aque cõsideratis predictis cõditionibus percha et lucius mediocris primũ gradũ bonitatis obtinent supposito ꝙ sint pingues deinde vendosia et deinde lopia. Et quãuis carpa sit squamosior predictis tamen non habet carnem adeo albam et fraugibilem et subtilem sicut lucius et parcha et sepius reperitur in stagnis. Et vniuersaliter ceteris paribus meliores sunt pisces dulcis aque qui capiuntur in aqua petrosa currente versus septentrionem profũda multe agitationis ad quam non confluunt sordicies ciuitatum in qua etiam nõ sunt herbe male. Cancri autem fluuiales et marini multi sunt

nutrimenti et nō facile in stomacho corrumpunt. verum sunt difficilis digestionis. Sciendū est insuper q pisces recentes corpus humectant et lac et sperma multiplicant et multū cōpetūt colericis. Et nō sunt comedendi pisces post forte exercitiū vel fortē laborē quia tunc de facili in stomacho corrumpunt. Et caueant ab vsu pisciū habentes stomachū debilem vel malis humoribus plenum. Amplius sciendū q pisces grossi semisalsi meliores sunt q̄ recentes pisces. Et saliti multi tēporis nō sunt boni. Item nō sunt comedendi pisces et carnes simul nec pisces et lacticinia nec sunt comedēdi pisces post alios cibos. Item pisces laudabiles parū saliti et in pauca quantitate sumpti reuocant appetitū et ipm corroborant si quis habuerit appetitū ad eos

Textus.

Vocibus anguille praue sunt si comedant
Qui phisicam nō ignorant hec testificant
Caseus anguilla nimis obsunt si comedant
Ni tu sepe bibas et rebibendo bibas

Comentū

poꝛ pro om̄i eo quod gustu iudicatur. Et inter istos sapores tres sunt calidi. vt dicit hic textus scilꝫ salsus amarus et acutus. Et sc̄dm auicennā loco p̄allegato. Acutū est calidius. deinde amarū et deinde salsum q̄m amarū est fortius ad resoluendū incidendū et abstergendū ꝙ amarū et deinde salsum est sicut amarū cōfractū cū humiditate frigida. Et tres de istis saporibꝫ sunt frigidi scilꝫ acetosus stipans. i. stiptic⁹ et pōticus. ponticus tn̄ cetis frigidioꝛ deinde stipticus et postea acetosus. Et propter istud in om̄ibus fructibus qui dulcescūt prius est ponticitas vehem ē tis infrigidationis. deinde postꝙ per caloꝛem solis digesti uū aliquo modo digesti sunt fructus apparet in eis stipticitas. et deinde declināt ad acetositatē sicut agresta ꝛ p⁹ea dulcescunt. Et licet acetosum sit minus frigidū ꝙ stipticū tn̄ propter sui subtilitatē et penetrationē in p̄libus est maioꝛis infrigidationis. Et sc̄dm auic. loco p̄allegato pōticū. et stipticū. sunt in sapore pꝛopinqua. sed stipticū non contrahit linguā nisi quo ad supficiem apparentē. sꝫ ponticū cōtrahit et exasperat quod apparet in lingua scilꝫ supficiem et occultū scilꝫ interioꝛa eius. Et tres de istis saporibus sunt tpati. i. non excedētis caliditatis vel frigiditatis sicut dulcis vnctuosus et insipid⁹. Licet enī dulce sit calidū tamen in eo non appaꝛet foꝛtitudo caliditatis sicut dicit rasis tercio almāsoꝛis. Et est sciendū vlterius ꝙ vnicuiꝗꝫ sapoꝛi ꝓpꝛie debentur operatiōes. vt volunt auicenna et rasis locis p̄allegatis. Operatiōes enī dulcis sc̄dm auic. sunt digestio et lenificatio et multiplecatio nutrimēti et natura diligit ip̄m et virtus attractiua attrahit ip̄m Et c̄dm rasim. Dulce est generatiuū multe colere rubee et opilationū in epate et splene et flegmonis p̄cipue si p̄dicta mēbꝛa ad hoc fuerint apparata. Et ventris fluxus ex ip̄o sequitur et mollificat stomachū. et confert pectoꝛi et

pulmonis: corpus impinguat et aumētū spermatis tribuit. Operationes vero amari scd̄m auic. sunt abstersio et exasperatio. Et scd̄m rasim amarū calefacit et desiccat fortiter. cito sanguinē ad adustionē et maliciā perducit colerā quoq3 rubeā in sanguine augmentat. Operatio vero pōtici secundū auicē. est cōtractio si pōticitas sit debilis aut expressio si sit fortis. Et scd̄m Rasim ponticū corpus infrigidat et desiccat: carnis et sanguinis minorationē facit si multotiens aliquis eo vtatur stomachū quoq3 confortat et frequēter ventrē cōstrigit: et sanguinē generat melancolicum. Operationes vero stiptici scd̄m auicen. sunt cōtractio inspissatio induratio et retentio. Et scd̄m Rasim operationes eius sunt sicut pontici licet debiliores quia ipse videtur cōprehēdere stipticū sub pontico quia de stiptico nichil dicit expresse. Operationes vero vnctuositatis scd̄m auicē. sunt lenificatio lubrificatio et coctio .i. digestio parua. Et scd̄m rasim vnctuosū stomachū mollificat et vētris facit fluxū et sacietatē anteq̄ homo cibi quātitatē sibi necessariam assumat adducit et calefacit maxime tamen febricitātes et habētes epar et stomachū calidū. Corpus etiā humectat et lenit: fleuma vero auget et cogitationē hebetē reddit et auget somnū. Operatiōes vero acuti sunt resolutio incisio et putrefactio scd̄m auic.. Et scd̄m rasim acutū calorē auget et corpus cito inflāmat et sanguinē adurit et ipsum prius in colerā rubeā mutat et postea in nigrā. Operatiōes salsi scd̄m auic. sunt abstersio ablutio exsiccatio et prohibitio putrefactionis. Et scd̄m Rasim dicte sunt in textu immediate precedēti. Operatiōes vero acetose sūt scd̄m auic. infrigidatio et incisio. Et scd̄m Rasim acetosū colerā rubeā et sanguinē reprimit et vētrē stringit si stomachus et itestina mūda fuerint. Si aūt fleumatis i eis fuerit multitudo vētris facit fluxum et corpus infrigidat: virtutem quoq3 di

gestiuā debilitat et prope in epate. Neruis vero et neruosis mēbris nocumentū affert et corpus desiccat virtutem aūt appetitiuā excitat. De opationibus vero isipidi dicit Rasis ꝙ aliquod est insipidū quod magis nutrit scʒ qđ eq̄litati magis vicinū est. Aliđ est quod tēpate calefacit. ⁊ aliud qđ tēpate infrigidat et si cū ipso fuerit multa humiditas humectabit si vero siccū fuerit desiccabit.

Textus

Sis duo vipa facit mundat dentes. dat acutum
Visum. quod minus ē iplet minuit quod abūdat

Comentū

Hic ponūtur quatuor iuuamēta vipe primū est ꝙ vipa mūdat dētes. Cuius causa est quia propter panē diutius īherentem dētibus ꝙ vinū solū sine pane limositas illa dētibus adherens aqua dentes luridi dicunt a vino melius consumitur et abstergitur. Secundū est ꝙ acuit visū quia prohibent malos fumos ad cerebrū ascendere qui offuscarent spiritus visiuos per eoꝝ immixtionē Et istđ facit ex eo qꝛ digerit materias malas in stomacho existētes. Terciū ē ꝙ minus digestū facit digeri quia facit clausionē orificii stomachi ⁊ ꝯfortat digestionē. Quartū ē ꝙ superflue digestū ad mediū reducit. Et totum istud maxime veritatem habet de vipa panis cū vino dūmodo panis primo assatus sit aut supra prunas exsiccatus.

Textus

Omnibus assuetam iubeo seruare dietam
Approbo sic esse: ni sit mutare necesse
Est ypocras testis qm̄ sequit mala pestis
Fortior est metha medicine certa dieta
Quā si nō curas fatue regis et male curas.

Commentum

Hic ponunt aliqua documenta quoꝝ primū est ꝙ omnibus bonū est seruare dietā cōsuetā. Et per dietā intelli

gitꝛ administratio cibi et potus. Et ratio huius documen ti est quia trāsgressio a cōsuetudine nocet nocumēto magno cōsuetudo enim ē altera natura. sicut igitꝛ naturā custodire oportet sic et cōsuetudine et specialiter si cōsuetudo fuerit laudabilis. Et sicut oportet seruare cōsuetā administratio nē cibi et potus ita etiā oportet seruare cōsuetudinē ī aliis rebus nō naturalibus propter eādē rationē. Unde si aliqs fuerit cōsuetus multū laborare et velit hāc cōsuetudinem omittere et ī ocio viuere vel multo minus laborare vel ali am speciē laboris assumere et aliud tp̄us vel aliū modum proculdubio multū ex hoc debilitabitꝛ. Et similiter intelli gitꝛ in cibis et potibus somno et vigiliis et euacuationibꝰ et anime accidentibus. In omnibus enī multū obseruan da est cōsuetudo si sit laudabilis vel parū laudabilis vel in differens in bonitate et malicia respectu huius ad qđ de= bet fieri permutatio. Et circa istud sciendū est quod assueti ex ercitare vel laborare quibusdā laboribus cōsuetis dato quod tales sint debiles vel senes minus leduntꝛ et fortius labo= rant quam si essent iuuenes incōsueti. Et istud vult ypocras scđa amphorismoꝝ dicēs. Assueti assuetos ferre labores et si fuerint imbeciles aut senes incōsuetis fortibus et iuue= nibus facilius ferūt. Et ratio est quia isti habēt maiorē incli nationē et cōsuetudinē ad istos labores iam cōsuetudo pri us habita leuior est vt dicitꝛ in cōmēto p̄dicti amphorismi Et ista est causa quare videmus hoīes debiles vel senes q̄ ex cōsuetudine aliqđ exercēt opus mechanicū facere aliq̄ que facere nō possent eis fortiores aut iuniores et minus ab eis leduntꝛ sicut videmus multorē debilem facilius sac cum eleuare quam eo fortiorem. et fabrum antiqum minus ledi malleatione quam iuuenem fortem non consuetum. Se cundum documentum est quod mala pestis. i. magnū nocu= mentum sequitur ex permutatione diete cōsuete vt vult

ypocras nisi fuerit necesse eā permutare. Est autē necessa=
riū eā permutare. primo qñ est illaudabilis sic ꝙ ex ea per
ueniret̃ ad pessimas egritudines sicut cōsuetudo comedē
di malos cibos in fine ex necessitate perducētes ad malas
egritudines. Talē eni cōsuetudinē et similes necesse ē cor
rigere et permutare vel totaliter vel saltē infra terminos
latitudinis eaꝝ sed hoc debet fieri paulatim ⁊ sc̄d̄m quēdā
ordinē. Nam oīs subita mutatio vehemēter nocet ⁊ specia
liter a cōsueto ad inconsuetū. Sc̄d̄o necesse est eā permu=
tare vt aliquis minus ledat̃ ex incōsueta si postea ad eam
se trāstulerit. Si eni q̇s ad omnē dietā se assuescat minus
ab omni ledet̃ cū se ad eā trāstulerit. Et istud etiā intelligē
dū est in aliis rebus nō naturalibus. Et istud est qd̄ dicit
ypocras sc̄d̄a amphorismoꝝ. Ex multo tp̄e cōsueta et si fu
erint deteriora insuetis minus molestare cōsueuerūt opor
te igit̃ ad nō cōsueta transmittere. Et circa istud est scien
dū ꝙ quisqꝫ debet sibi cauere ne vnius rei quantūcūqꝫ bo
na sit sibi cōsuetudinē faciat ꝙ ipsum seruare sit necessari
um. verbi gratia si quis vno cibo cōsueto semper vtat̃ vel
aliquo potu vel totaliter ab eis abstineat vel dormire vel
moueri vel coire totalit̃ assuescat et ad hoc grauiter astrin
gat̃: maxim ū eni incurret nocumentū si interdū ab eisdeꝫ
oporteat abstinere: sic igit̃ quodlibet corpus se disponere de
bet vt calorē et frigus pati possit et admotiones et queli=
bet nutrientia aptus reddat̃ et vt somni et vigiliaꝝ ho=
ras mantiones et domos lectos et indumenta sine lesio=
ne permutare possit quod quidē poterit fieri si consuetu=
do nō obseruet̃ ad vnguē sed interdū ad inconsueta tran
seamus. Oportet igitur ad incōsueta aliquādo permuta=
re. Et istud vult rasis quarto almansoris capitulo de con
seruatōe cōsuetudinū. Terciū documentū est ꝙ fortior et
potior metha in medicando egrū est ad ministrare dietaꝝ

certā quā si medicus nō curauerit et aliā indebitā admini strauerit fatue regit egrū et male eū curat. Et circa istud ē sciendū ꝙ triplex est dieta scilicet grossa que est quasi dieta sanoꝝ et tenuissima que est nichil dare vel quasi et media que absolute tenuis dicit. Et ista diuidit in dietā tenuē de clinantē ad latus grosse sicut aqua carnis oua sorbilia et pulli parui et declinātē ad tenuissimā sicut aqua ordei mel licratū et vinū grauatoꝝ et mediā que cetera nominant vt ptisana nō colata et extremitates pulloꝝ. Et ista dieta certa in pluribus cōuenit egritudinibus nō tamē in omnibus. Non enī cōuenit in egritudinibus longis quia ī talibus oportet virtutē longuo tpe esse anteꝗ̄ perueniat ad victoriā ⁊ virtus cū dieta certa tāto tpe nō posset pdurare sine magna debilitate oportet ergo ī tali egritudine cibū ingrossare. Similit nō cōuenit ī acutissimis egritudinibꝫ scꝫ in illis que terminātur in quarto die vel ante quia ī talibus cōuenit dieta tenuissima vt vult ypocras prima āphorismoꝝ ibi ad vltimas egritudines vltime curatiōes ad perfectionē sūt potētes.

Textus

Quale. quid. et quādo. quantū. quotiēs. vbi dando
Ista notare cibo debet medicus dietando.

Commentū

In isto textu ponūtur sex a medico cōsiderāda in administratione diete. Primū est quale id est cuius qualitatis debet esse cibus quia in egritudine calida debemus egrum dietare frigido cibo et in frigida calido. In humida sicco: In sicca humido. Verū est tñ ꝙ naturalis cōplexio dieta sibi simili cōseruari debet. vt vult galienus tercia tegni ibi calidiora calidioribus indigent adiutoriis. frigidiora frigidioribus ⁊c. Secūdū ē quid .i. cuius substācie debet esse cibus quia athlete et rustici fortibus exerciciis suppositi de

bent dietari cibo grosso quia in eis vis digestiua est fortis et sic nō debēt vti cibis subtilibus vt pullis caponibus carnibus vitulinis seu hedinis quia iste carnes in eis adurerent aut nimis cito digerēnt. quare necesse esset eis sepe comedere. Nobiles vero et in ocio viuētes debent vti dieta subtilis substātie q2 in eis virtus digestiua est debilis nō potēs in grossos cibos cuiusmodi sūt carnes porcine salse et bouine et pisces sole exsiccati. Similit ī egris egrotātes egritudinibus acutis debēt vti subtiliori dieta q egrotantes egritudinibus cronicis id est longis sicut quartanis Terciū est qñ id est quo tempore dieta debet dari quia in sanis maxime debet attēdi cōsuetudo. Vnde in estate hoīes surgentes et consueti bis solum in die comedere. debēt comedere hora decima vel modicū ante et nō expectare medium diei propter nimiū diei calorē. Similiter debent cenare hora sexta vel modicum post. In hyeme vero debēt prādere hora vndecia vl' xii. ppter longitudinē sōni et deinde cenare hora septima vel modicum post. Et maxime seruanda est consuetudo. In egris vero etiam considerādum est tempus quia in febribus in paroxismo vel statim ante proxismū vel stati post non est dāda dieta quia si statim ante poxismū vel i poxismo detur natura diuertitur a digestione materie febris per hoc q debet digestioni cibi esse intenta. Et non debet dari statim post paroxismum quia virtus adhuc multum debilitata est ex paroxismo imediate precedenti. Debet igitur dari dieta ante paroxismum tanto tempore q possit digeri ante aduentū paroximi vel debet dari aliquo tempore post paroxismum. Et istud est verū nisi timeat magna debilitas virtutis tunc enim dandus est cibus quocunq3 tempore. Accidentibus eni virtutē dissoluentibus cibus ilico dandus est vt vult Galienus in cōmento illius amphorismi prime particule

contemplari aūt opoꝛtet. Quartū est quantū.i. quātitas cibi sumendi qꝛ vt dictū ē pri⁹ quātitas cibi estate comedendi ꝓ qualibet vice debet esse pauca qꝛ caloꝛ naturalis tunc debilis est propter nimias resolutiōes. In hyeme vero cibus vna vice sumendus debet esse multus qꝛ virtus digestiua tunc foꝛtis est cū caloꝛ naturalis sit vnitus propter frigus circūstans vt dictū est pꝛius ibi. Tempoꝛibus veris. Quintū est quotiens.i.quotiens in die sit cibus dādus qꝛ in estate debet sepius dari ꝙ in hyeme autumno vel vere licet modicū pꝛo qualibet vice vt etiā pꝛius dictū est. Similiter virtute digestiua existente debili sepe modicū et de cibo est dandū virtute vero exstente foꝛti potest multū dari et paucis vicibus. Sextū est vbi.i.in quo loco qꝛ cibus nō est sumēdus in loco frigido multū nec multū calido sed magis in loco temperato.

Textus

Jus caulis soluit cuius substantia stringit
Vtrāqꝫ quādo datur venter laxare paratur

Commentum

In hoc textu autoꝛ dicit tria. Primū est ꝙ ius caulis.i. aqua ⁊ maxime pꝛime ebullitiōis cauliū si bulliant soluit ventrē. Cuius causa est quia in foliis et partibus exterioribus cauliū est virtus quedā nitrosa abstersiua debiliter inherens et facile seperabilis per modicā decoctionē siue ebullitionē que spersa per aquā ip saꝫ laxatiuā reddit. Et hinc etiam est ꝙ pꝛima aqua decoctionis caulium magis laxat ꝙ secūda quia ista virtus nitrosa abstersiua per pꝛimam decoctionem plurimum separatur. Secundum qđ dicit est ꝙ substantia caulium et hoc post decoctionem eorum stringit ventrē. Et causa est quia omnis virtus qua laxaret per decoctionē ab ea ablata est et manet substantia terrea sicca que ventrem stringit. Tercium quod di=

cit est ꝙ vtraqꝫ simul sumpta. scilꝫ aqua decoctiōis cauliū et substātia eoꝝ laxaut ventrē. et rō est q2 virtus absterſiua ⁊ nitrosa i aqua manet gratia cuiꝰ totū laxat. pro maiori noticia sciendū ē primo ꝙ caules generāt humorē melancolicū ⁊ somnia mala. mali sūt stomacho. parū nutriūt visū obtenebrant. somnū inducūt. menstrua ⁊ vrinā ꝓuocant. vt partim auic. scdo canōis. ⁊ partim a rasi tercio almāsoris colligit̄. Secundo sciendū ꝙ comestio caulis siue decoctiōis siue seminis eiꝰ ꝓhibet ⁊ retardat ebrietatē. vt videt̄ inuere. Aristoteles tercia particula ꝓbleumatū querens propt̄ quid caulis soluit crapulā. et idē volūt rasis et auic. locis p̄allegatis. Cuius causa potest esse ista scdm aliquos. q2 propt̄ comestionē caulis eleuāt̄ fumi valde grossi igrossantes fumositates vini que ingrossate impediūtur penetrare ad cerebrū propt̄ eaꝝ grossitudinē. Philosophus vero pro bleumate p̄dicto aliā dat causā istā scilꝫ q2 omne quod trahit humidū vinosū ad se a ca corpore expellit. ⁊ corpus infrigidat. curat crapulā. sed caulis est huiusmodi. ergo curat crapulam. Q2 sūt caulis sit huiusmodi probat q2 p succum caulis qui est diureticus trahūtur humiditates vinose indigeste a toto corpore. et in vesicā deferūtur. et per substantiā eius frigidam stipticā et terream in stomacho relictam nō potentē penetrare infrigidat totum corpus. Et per consequens curat crapulā hoc modo qm̄ supfluitates subtiles que nō poterant deorsum tendere propter caliditatē vini mouentē eas ad superiora. vt ad cerebrum. ferūtur represse deorsum et virtute ſucci trahūtur ad vesicam. Est enim diureticus ⁊ menstruosū prouocatiuus. vt dictum est.

Textus.

Dixerunt maluā veteres quia molliat aluum.
Malue radices rase dedere feces.

Malue mouerunt et fluxum sepe dederunt.

¶ Cōmentum.

¶ Hic ponūt tres proprietates siue effectus malue. quorum primus est quod malua mollificat venerem. quia est vnum de remollitiuis. Sunt eni quatuor remollitiua. scilicet malua bismalua. branca. vrsina. et mercurialis. ex quibus cōmuniter fit clistere lenitiuum et mollificatiuū quod valet ad fecum induratarum eductionē. Et est duplex malua. quedam enim est habens sanguineos flores. et alia est habēs albos flores. Et in ista est maior proprietates mollificandi quam in prima. Secundus effectus est quod radices malue abrase educūt feces. et hoc est quādo ex ipsis fiunt suppositoria sicut solent fieri de radice mercurialis. Tercius effectus est quod malua facit fluxum menstrui in mulieribus. et hoc est propter nimiā eius humectationem et lubrificationem qua vene matricis facilius a sanguine acuto fundūtur. Et dicit platearius quod certo experimento menstrua prouocat.

¶ Textus.

Mentitur menta si sit depellere lenta.
Ventris lumbricos. stomachi vermesque nociuos.

¶ Cōmentum.

¶ Hic ponit autor vnū documentū de menta dicēs. quod mēta non debet denominari hoc nomie menta si nō habeat vim statim auferendi vermes ventris et stomachi. Menta enim magne et fortis est aromaticitatis et magne amaritudinis. et ideo queādmodum absintiū vermes interficit sic et menta. Et debet dari decoctio eius sicut et absinthii et nō substantia. Aduertendū tamen quia multū calida est et sicca. sanguinem adurens nō competit via cibi in regimine sanitatis. Bene tamen cōuenit via medicine quia stomachum confortat et ipsum calefacit et sedat singultum et digerit et prohibet vomitum fleumaticum et san

guineū et ad coytū incitat propt̄ inflationē que est in ipsa et humiditatē ortulanā ⁊ prohibet sputū sanguinis. Et cōfert ad mor⸗ū canis rabiosi. et est ꝓpria ad illud. Et si frusta ipsius in lacte dimittūtur nō caseatur. vt colligit̄ ex auicēna scdo canonis ca. de menta.

Textus.

Cur moriatur homo cui saluia crescit in orto.
Contra vim mortis non est medicamen in ortis.
Saluia cōfortat neruos: manuūq₃ tremorem.
Tollit. et eius ope febris acuta fugit.
Saluia. castoreum. lauendula. ꝑmula veris.
Nastur. athanasia sanant paralitica membra.
Saluia saluatrix nature consiliatrix.

Cōmentum.

In hoc textu autor principaliter tria facit. Primo inuit magnā vtilitatem saluie querens per modū dubii. Cur hō moriat̄ in cuius orto crescit saluia. Ad hoc respōdet̄ i secundo versu sic ꝙ nulla est medicina crescens in ortis. que prohibeat mortem. Quis in ortis bene crescat medicina ꝓhibens putrefactionē corporis et humiditatē naturalem defendens ne cito dissoluatur. Et istud inuit auic. tercia primi ca. singulari dicens. Et ars quidē sanitatem custodiendi nō est ars que a morte securos nos faciat neq₃ corpꝰ ab extrīsecis nocumētis muniat neq₃ vnū quodq₃ corpꝰ ad vltimā vite longitudinē pducat. que est scdm hominē absolute. sed de duabꝰ rebus securitatē prebet putrefactionis penitus prohibitione et defensione huiditatis ne cito dissoluatur. Scdo ponit tres effectꝰ saluie quoꝝ primꝰ ē ꝙ saluia cōfortat neruos. qr exsiccat hūiditates quibꝰ īpediūtur: et relaxātur nerui. scdus est ꝙ remouet tremorez manuū. Cuius causa est quia cōfortat neruos. vt dictum est. Jam om̄e cōfortans neruos tremorem remouet. cum

tremor causet ex debilitate neruorum. Et propterea senes aliqui et vetule specialiter iponunt potui siue cibo eorum folia saluie. tercius est quod remouet febrem acutam. i. impedit eam ne cotingat. Cuius causa potest esse. quia exsiccando humores impedit eorum putrefactionem. ad quam posset sequi febris acuta. Et pro maiori noticia sciendum est quod saluia est calida et sicca et ideo non multum competit pro se via cibi. Quia tamen ipsa saluia multum confortat neruos. homines in sanitate multum vtuntur saluia dupliciter. primo quidem componendo ex ea vinum saluiatum. quo vino homines in latitudine sanitatis vtuntur specialiter in principio mense et competit huiusmodi vinum paraliticis et epilenticis moderate sumptum. et precedente purgatione antecedentis medicine. Secundo vtuntur saluia in salsis. Nam exitat appetitum. et specialiter cum stomachus fuerit repletus malis humoribus crudis et indigestis. Et est duplex saluia. scilicet domestica. et habet lata folia et magna. Alia est que vulgariter nobilis dicitur. et habet minora et stcuctiora folia Et apud medicos dicitur lilifagus. Tercio enumerat autor sex res medicinales valentes in curatione paralisis. Et dicitur quod saluia castoreum lauendula. premula. veris nasturcium et athanasia curant et sanant membra paralitica. i. paralisi tacta siue debilitata. De saluia autem causa patet ex dictis. quia vt dictum est saluia confortat neruos qui in paralisi debilitati sunt. Et etiam quia saluia calida est et sicca consumit materiam fleumaticam imbibitam neruis ex qua fit paralisis. De castoreo patet quia castoreum est maxime confortatiuum calefactiuum et exsiccatiuum neruorum. Dicit enim auic. secundo canonis capitulo de eo quod est subtilius et fortius omni quod calefacit et exsiccat. Et postea dicit quod confert neruis et calefacit et confert tremori et spasmo humido et stupori et paralisi. Et postea adhuc subdit quod non est

aliquid magis iuuatiuū ventositati in aure ꝙ ipsū cū ex castoreo accipitur quātum ē lens vna et dissoluitur ī oleo nardino et distillatur in eā. plures alios effectus habet castoreum quos Auicē. narrat loco pallegato. Et ē castoreū testiculus cuiusdam animalis marini quod dicitur castor. Et oleum de castoreo etiā multū valet in paralisi sicut castoreum post euacuationē materie quia tunc illā materiā que residua est consumit et neruos confortat. De lauēdula etiam patet quia sua aromaticitate confortat neruos et sua calefactione consumit materiam paralisis. De premula veris etiam patet quia sua aromaticitate et calefactione confortat neruos. Et dicitur premula veris quia ē de primis aromaticis in vere crescentibus. De nasturtio patet quia nasturtiū est calidū et siccū subtiliatiuū et incisiuum et resolutiuū quare aufert materiā paralisis. Et dicit auicē. scđo canonis ca. de eo ꝙ cōfert omni mollificationi neruoꝝ quia calefacit et educit fleumata et mūdificat neruos a fleumate. Et ideo cōsulunt medici vt nasturciū in quadragesima edat̄ propterea q꞉ cibi q̄dragenales sunt fleumatici. et est nasturciū herba cōis crescēs in locis frigidissimis scꝫ in locis petrosis et aquosis vbi sunt multi fontes. De athanasia vero que alio nomine dicit̄ tanacetum teuthonice tente vel reyn vaen patet quia ista herba habet virtutē purgandi fleumata et sua caliditate exsiccat neruos. Et etiā habet virtutē purgandi vermes et materiaꝫ ex qua generant̄. Et ideo gallici cōiter in diebus paschalibus vtunt̄ athanasia frixa cū ouis ad purgaudū fleumata ex piscibus in quadragesima generata ex quibus facile generantur vermes in dispositis. Et in fine textus autor subdit ꝙ saluia dicit̄ quasi saluatrix nature.

Textus

Nobilis est ruta quia lumina reddit acuta.
Auxilio rute vir quippe videbis acute.
Ruta viris coytum minuit. mulieribus auget.
Ruta facit castū dat lumen et ingerit astum.
Cocta facit ruta de pulicibus loca tuta.

Cōmentum

Hic ponit autor quatuor effectus rute. primus est ꝙ acuit visum. Et ꝓprie succus eius vt dicit auic. scḋo canōis ca. de ea. et prius dictū est ibi. Allea nux ruta. Secūdus est ꝙ ruta minuit desideriū coeundi in viris. sed in mulieribus auget. Cuius causa potest esse ista. quia ruta sua caliditate et exsiccatione sperma in viris minorat quod subtile est et aereū. sed in mulieribus subtiliat et calefacit. quia in eis sperma est aquosū et frigidum. et ergo eas magis ad coytū incitat ꝓpter subtiliationē et caliditatē spermatis ex ruta. Tercius effectus eius est ꝙ ruta facit astruciaȝ. i. facilem apprehensionē et inuentionē alicuiꝰ medii in causa subtili. quia ꝓpter calefactionē et exsiccationē subtiliat spūs. et sic ingeniū clarificat. Quartus effectus est ꝙ decoctio rute effugat pulices. et hoc si ex ea irroretur domus quia interficit eas scḋm ꝙ coiter dicunt medici. Et scḋm auic. sexta quarti tractatu tercio ca. de effugatione pulicū Quādo aspergitur domus cū infusione coloquintide saliūt pulices et fugiūt. et similiter ex decoctiōe rubi. Et post ea subdit auicēna. Et dixerūt quidā qn̄ ponitur sanguis hyrci in fouea in domo aggregātur pulices apud eū dein de moriūtur. Et similiter aggregātur sup lignū linitū ex adipe ericii: et effugiunt ex odore caulis et foleoꝝ oleādri. Et scḋm aliquos nichil magis deiectiuū est pulicuȝ q̄ res fortis odoris. et ergo ruta valet menta mentastrum lupulus. et sup oīa feces vel vrina equi. Item domus irrorata ex decoctione semīs rape occidit pulices. Et si fumiget̄

domus ex cornu taurino fugiēt pulices. Pro captione tñ earꝝ nichil meliꝰ est q̄ īposito pauci bōbacis in lecto quia in illo aggregantur.

Textus.

De cepis medici non consentire videntur.
Colericis nō esse bonas dicit galienus.
Fleumaticis vero multū docet esse salubres.
Presertim stomacho pulchrūqꝫ creare colorem.
Contritis cepis loca denudata capillis.
Sepe fricans poteris capitis reparare decorem.

Cōmentum.

Hic loquit᷑ autor de cepis. Et dicit quinqꝫ. Primū est q̄ medici dissentiūt de natura cepaꝝ quia aliquibꝰ videtur q̄ cepe bone sūt fleumaticis. Aliqui vero q̄ eis nō valent sicut forsan rasis vult q̄ dicit eas tercio almāsoris generare hūores supfluos in stomacho et fleumaticos. Scōm ē q̄ galienus dicit cepas multū obesse colericis. Cuiꝰ causa ē q̄ vt dicit auicēna scōo canonis ca. de cepe. Cepe est calidū in tercio ⁊ ergo nocet calidis. vt sunt colerici. Terciū est q̄ cepe multū valent fleumaticis. q̄ sūt calide icisiue subtiliatiue. abstersiue ⁊ aperitiue. q̄re fleumaticos hūores et viscosos in fleumaticis multiplicatos digerunt. incidunt subtiliāt. ⁊ abstergūt. Quartū ē q̄ cepe valēt stomacho. q̄a mūdificant ipm a fleumatibꝰ et ipm calefaciūt. ⁊ ergo dicit auic. loco pallegato. q̄ illud q̄ ex cepe comedit̄ ppt̄ suā caliditatē cōfortat stomachū debilē. Et ppter illud etiam decorāt colorē faciei. q̄ nō est possibile colorē faciei esse viuidū stomacho existēte multū fleumatico aut repleto malis hūoribꝰ crudis ⁊ fleumaticis. Quintū ē q̄ loca depilata. i. loca pilis priuata pilos siue crines recuperāt si conterātur cepe cocte. ⁊ ex eis fricent̄ loca depilata. Et istud verū est qñ depilatio accidit propt̄ opilationē poroꝝ ⁊ corrup

tionē mäterie sub cute. qꝛ cepe aperiūt poros et resoluunt materiā malā que sub cute ē ꝛ bonā ad locū attrahunt. Et ergo fricatio cū cepis valet in alopicia multū. vt vult aui cēna scđo canōis ca. allegato et septima quarti ca. de cura alopicie. Et ꝑpter istud infert textus ꝙ capitis decor po= terit reparari ꝑ istā fricationē cū cepis qꝛ capitis decor pi= li sūt. Pro maiori noticia effectuū cepaꝝ sciēdū ē ꝙ cepe ex citant coytū. appetitū ꝓuocāt. faciē rubificāt. cū melle ver rucas eradicāt. sitim faciūt. itellectui nocēt: qꝛ hūorē ma lū grossū generāt. saliuā multiplicāt ꝛ succus eaꝝ confert aq̄ descendenti in oculū ꝛ abstergit visū. sicut colligit̃ ex auic. scđo canonis ca. allegato. Sciendū vlterius ꝙ cepe trite cū melle et aceto cōferunt morsui canis rabidi. ꝛ ergo quidaꝫ sup addūt textui p̄cedenti istos duos vers⁹. Appositas ꝓ= hibent mor.⁹ curare caninos. Si trite cū melle prius fue= rint ꝛ aceto. Et de isto etiā pri⁹ dictū ē ibi. Allea nux ruta.

Textus.

Est mod' cū granū siccum calidūqꝫ sinapis.
Dat lacrimas purgatqꝫ caput. tollitqꝫ venenū.

Comentum.

Hic autor duo facit. Primo ponit complexionem ipsius grani sinapis dicens. ꝙ granum sinapis est modicū gra= num calidum et siccum quod verum est quia est calidum et siccum vsqꝫ ad quartum gradum secundum auicennā secundo canonis capitulo de sinapi. Secundo ponit tres proprietates siue effectus grani sinapis. Primus effect⁹ est ꝙ cōmouet lacrimas. Cuius causa est quia sua caliditate nimia subtiliat et dissoluit humiditates cerebri. ex qui bus tunc propter earum fluxum proueniunt lacrime. Se cundus effectus seminis sinapis est ꝙ expurgat caput id est cerebrū mundificando ꝛ abstergendo hūiditates fleu=

maticis a capite. Expurgat etiã caput naribus impositum ꝓuocando sternutationẽ sua mordicatiõe. et ideo imponit̃ naribus appopleticoꝝ. per sternutationẽ aũt expellũtur nocumenta cerebri. Et similiter semen sinapis sua caliditate subtiliat fleumata et dissoluit illa que opilant meatus cerebri ex quoꝝ opilatione sequit̃ appoplexia. Et sic relinquit̃ ꝙ semen sinapis est valde incisiuũ fleumatis et consumptiuũ et mundificatiuũ. Tercius effect⁹ est ꝙ tollit venenũ. Et istud cõcordat cum dicto auic. loco p̃allegato. scilꝫ ꝙ fugiunt ex fumo eius vermes venenosi.

Textus.

Crapula discutitur capitis dolor atqꝫ grauedo.
Purpuream dicunt violam curare caducos.

Cõmentum.

Hic ponũtur tres ꝓprietates siue effectus viole prim⁹ effectus est ꝙ viola habet ꝓprietatem sedandi ebrietatem Cuius causa potest esse quia viola odorem habet temperatũ atqꝫ suauem. ⁊ talis maxime est cõfortatiuus cerebri forte eni cerebrũ non patitur cito ebrietatẽ sed debile. Et etiam viola est frigida quare cerebrũ infrigidat. et sic ineptificat ip̃m ad recipiendũ fumũ calidum. Scd̃us effectus eius est ꝙ viola est sedatiua doloris capitis atqꝫ grauedinis. Et istud verũ est de dolore capitis ex calida causa vt vult auic. scd̃o canõis ca. de viola. et similiter rasis tercio almãsoris et mesue. Et rõ est quia viola est frigida: et sic repugnat cause calide. Tercius est ꝙ viola dicit̃ curare caducos. i. epilenticos. Et dicit̃ notãter in textu dicũt quia cõmunes autores nõ attribuũt istũ effectum viole. Et ergo si iste effectus cõueniat viole. Causa eius potest esse qr propt̃ aromaticitatẽ viole cerebrũ cõfortatur quo existẽte forti a modicis nocumẽtis nõ leditur. et ꝑ cõsequens etiã nõ incurrit epilentiã que dicitur parua appoplexia ex opi

latione neruorum sensitiuorum contingens

De vrtica — Textus

Egris dat somnū: vomitū quoqꝫ tollit ad vsum
Compescit tussim veterem: colicisqꝫ medetur
pellit pulmonis frigus: ventrisqꝫ tumorem
Omnibus et morbis subueniet articulorum

Commentum

Hic ponuntur septē effectus vrtice quorum primus est ꝙ vrtica dat egris somnū quia est subtiliatiua et incisiua et abstersiua fleumatis et grossorum humorum naturā grauātiū et somnū impedientiū. Secundus effectus eius est ꝙ tollit vomitū et vsum vomitus. Et ratio est quia vomitus et nausea multū accidūt ex humore viscoso cuius vrtica est incisiua. Tercius est ꝙ vrtica sedat tussim antiquā et maxime mel in quo temperata fuerint semina vrtice quia vrtica de pectore fleuma expellit viscosum scd͛m rasim tercio almansoris. Et similiter eius semē cū maxime sint incisiua abstersiua et subtiliatiua. Et dicit Auic. scd͛o canonis ca. de vrtica: ꝙ cū bibit͛ cū aqua ordei mūdificat pectus et qñ decoquunt͛ folia ei⁹ in aq̄ ordei educit hūores grossos q̄ sūt in pectore sed eius semē est fortius. Quartus ē ꝙ cōuenit colicis .i. colicā paciētibus quia vrtica est icisiua subtiliatiua resolutiua et abstersiua hūiditatis fleumatice aut vētositatis grosse ex quibus ꝓuenit colica plurimū. et est colica egritudo dolorosa in intestino dicto colō sicut yliaca egritudo dolorosa in itestino dicto yliō. Quintus est ꝙ vrtica pellit frigus pulmonis et hoc est ꝓpter sui caliditatē. Sextus est ꝙ vrtica est sedatiua tumoris vētris quia resolutiua est vētositatis ex q̄ vt plurimū fit tumor ventris. Septimus est ꝙ vrtica subuenit doloribus articulorum .i. iūcturarū sicut artetice sciatice et podagre. Et hoc verū est qñ proueniūt a materia frigida fleumatica grossa. Cuius causa est quia vrtica est calefactiua incisiua subtiliatiua materie

fleumatice grosse. Et preter istos effectus scdm Auicenā scdo canonis ca. de vrtica excitat coitū proprie semen eius cum vino: et aperit orificiū matricis: et soluēdo educit fleuma et humorē crudū sua abstersione et nō cū virtute solutiua que sit in ipsa. Ne tamen aliquis in gutture ex vrtica aut eius semine ledatur bonū est q post eius sumptionē bibatur aliquid de oleo rosaceo: Et est vrtica calida in principio tercii gradus et sicca in secūdo secūdū Auicēnam loco preallegato.

Textus

Ysopus est herba purgans a pectore fleuma
Ad pulmonis opus cū melle coquatur ysopus
Vultibus eximiū fertur reparare colorem.

Commentum

Hic ponuntur effectus ysopi quorū primus est q ysopus purgat fleuma a pectore. Cuius causa est quia ysopus est herba calida et sicca in tercio multū abstersiua dissolutiua et consumptiua humiditatis fleumatice et habet respectū singularem super partes pectoris et propterea ysopus pus propriissime dicitur purgare fleuma a pectore. Secūdus effectus est q etiā valet ad purgandū pulmonē a fleumate eadem de cā. Et proprie si coquatur cū melle qz mel etiam est abstersiuū et abstersione mellis augmentatur abstersio ysopi. Et istud idē vult auicēna secundo canonis capitulo de ysopo dicens q ysopus confert pectori et pulmoni patientibus a dispnia in tussi antiquis et eius decoctio cum ficubus et melle similiter. Tercius effectus est q facit bonū colorē faciei. Et istud etiam vult auicēna loco preallegato dicens q eius potus efficit colorē bonū Et pter istos effectus soluēdo educit fleuma et vermes vt vult Auicenna ibidē. Et secundum platearium vinū decoctiōis eius matricē mundificat a superfluis hūoribus et abstergit.

De cerifolio   Textus

Appositū cancris tritū cum melle medetur
Cum vino potum poterit sedare dolorem
Sepe solet vomitū ventrēq tenere solutum

Commentum

Hic ponunt tres effectus cerifolii. Primus est ꝙ cerifoliū tritū cum melle et superpositū cancro curat ipsum. Et istud idem dicit platearius ca. de cerifolio. Et est cācer apostema melancolicum corrodens partes corporis tam carnosas ꝙ͂ neruosas. Et dicitur cancer quia procedere videtur vt cancri. Secundus effectus est ꝙ cerifoliū bibitū cū vino abscindit dolorē ventris. Cuius causa est quia ventris inflationē de grossa ventositate ex qua prouenit dolor mitigat cum stomachi ventositatē et omniū viscerū soluit et opilationē aperit. Et ad hoc etiā coadiuuat vinū Tercius effectus est ꝙ cerifoliū sedat vomitū et fluxum ventris. Cuius causa est quia cū cerifoliū calidū est in tercio gradu et siccū in scd̄o materiā illam digerit et exiccat ex qua prouenit vomitus. Et istud maxime verum ē quādo vomitus aut solutio ventris ꝓueniūt a materia frigida fleumatica. Et preter istos effectus prouocat vrinā et menstruā et soluit dolorē lateris renū et vesice ⁊ precipue datum cum mellicrato.

Textus

Enula campana reddit precordia sana
Cum succo rute si succus sumitur huius
Affirmant ruptis nil esse salubrius istis

Commentum

Hic ponunt duo effect⁹ enule campane. quorum primus est ꝙ enula campana confortat precordia. i. orificiū stomachi quod proprie precordium dicitur siue membra spiritualia id est membra anhelitus que vicina sunt cordi Et specialiter radix eius. Quod autem confortet orificiū stomachi

patet quia cū radix enule sit odorifera cōfortat mēbra ner uosa: orificiū autē stomachi mēbrū neruosū est. Qr autez cōfortet mēbra spiritualia patet qr vinū factū ex enula qd vocat vinū enulatū mūdificat pectus et pulmonē vt vult Auic. scdo canonis ca. de enula. Et enula etiā scdm ipsuz ibidē deglutita cū melle adiuuat ad expuēdū et est ex eis q letificat et cōfortat cor. Scdus effectus est q succus enule cū succo rute maxime valet rupti s. i. patientibus rupturā siue descensū intestinorū ad bursā testiculorū. et hoc maxime qn ruptura est ppter vētositatē qr illā dissoluūt succus rute et enule. Et preter istos effectus enula bona ē stomacho malis humoribus repleto et aperit opilatōes epatis et splenis vt vult rasis tercio almāsoris. Et cōfert omnibus lesionibus et doloribus frigidis et cōmotionibus ventositatū et inflationis scdm auicēnā loco preallegato.

De pulegio Textus.

Cum vino colerā nigrā potata repellit.
Sic dicunt veterē sumptū curare podagrā

Commentum.

Hic ponunt duo effectus pulegii quorū primus est q pulegiū et principaliter aqua eius sūpta cū vino purgat colerā nigrā. Secundus est q pulegiū habet proprietatē curādi podagrā veterē ex quo habet pprietatē liquefaciēdi et dissoluendi fleuma ex quo podagra sepius generari solet. Et circa istud est notādū q vt dicit platearius pulegiū est calidū et siccū in tercio gradu: subtilem habet substātiā virtutē habet cōfortatiuā ex aromaticitate: aperitiuā ex substantia et qualitatibus. attractiuā ex ignea substātia vel natura: cōsumptiuā ex calore et siccitate. Et solū vinū decoctionis eius valet cōtra dolorē stomachi et intestinorū ex frigiditate vel ventositate.

De nasturcio Textus

De nasturcio Textus

Illius succo crines retinere fluentes
Allitus asseritur dentisqꝫ curare dolorem
Et squamas succus sanat cū melle perunctus

Commentum

Hic ponūtur tres effectus nasturcii quoꝝ primus est ꝙ nasturciū habet proprietatē retinendi crines defluentes ꝛ hoc si caput vngat̄ cū succo ei⁹ vel si aqua vel succus eius bibatur et hunc effectū tangit Auicēna secūdo canōis ca. de nasturcio dicens Retinet capillos cadentes bibitum et linitū. Secūdus eius effectus est ꝙ curat dolorē dentiū et hoc maxime ex causa frigida quia nasturciū est incisiuum resolutiuū ꝛ calefactiuū vt patuit prius ibi Cur moriatur homo. Tercius effectus eius est ꝙ succus eius habet proprietatē curandi squamas pelli adherētes qn̄ sumitur cū melle et ex eo linit̄ locus. Et causa ē quia tales squame generant̄ ex fleumate salso. Nasturciū autē vt predictuꝫ est omne fleuma purgat et ergo per intus sumptū prohibet causam squamarū et ab exterius linitū sua absersiōe eas abstergit et maxime cū melle quia hoc etiā abstersiuuꝫ est et sic iuuat abstersioneꝫ nasturcii. Et preter istos effectus nasturciū exsiccat putredinē vacuitatis ventris: mundificat pulmonē et confert asmati et in medicinis asmatis ponit̄ propter illud quod est in ipso de incisione et subtilla tione: calefacit stomachū et epar et confert grossiciei splenis et proprie quādo ex eo fit emplastrū cum melle ꝛ facit euomere colerā et educit eam solutione: augmentū efficit in coitu et soluendo educit vermes et prouocat mēstrua vt vult auicenna secundo canonis loco preallegato

De celidonia Textus

Cecatis pullis hac lumina mater prundo
plinius vt scribit ꝗuis sint eruta reddit

Commentum

Hic ponitur vnū notabile de celidonia. Et est ꝙ quādo pulli prundinis excecati fuerint tunc mater affert celidoniam et cū ea fricat oculos pulli excecati et sic visus restituitur. Et ꝑ hoc dat innuere autor ꝙ celidonia maxie cōfortat visum. Et istud etiam manifeste patet q2 in medicinis valentibus contra debilitatē visus cōmniter ponit Et est celidonia herba nota glaucū habens succum Causa autem quare ipsi prundini data est virtus cognoscendi celidoniam plus ꝙ aliis auibus potest esse ista q2 pulli prūdinis sepius cecitatē patiunt ꝙ pulli aliaꝝ auiū quia feces prundinū habēt vim excecatiuā oculorum ⁊ sepius patiūtur a fecibus matrū. Et ē sciendū ꝙ secūdū platearium celidonia est calida et sicca in tercio gradu. Et ex qualitatibus suis et substantia habet virtutē dissoluendi cōsumēdi et attrahendi. Et radices eius trite et in vino decocte ualēt ad purgandū caput et vuulaꝫ ab humore frigido ⁊ huido si patiēs fumū ꝑ os recipiat ⁊ pᵒea vinū gargarizet

De salice — Textus

Auribus infusus vermes succus necat eius
Cortex verrucas in aceto cocta resoluit
Pomorum succus flos partus destruit eius

Commentum

Hic autor tria dicit de salice. Primū est ꝙ succus salicis auri infusus interficit vermes auris. Et istud potest prouenire propter stipticitatē et exsiccationeꝫ eius. Et est hic sciendum ꝙ scdm Auicen. scdo canonis ca. de salice. Non est aliquid magis vltimū ꝙ succus folioꝝ eius in cura saniei que currit ex aure. Scdm est ꝙ cortex salicis .i. extrema pars eius in aceto decocta resoluit verrucas. Auicena vero loco preallegato dicit ꝙ eius cinis eradicat verrucas linitus cū aceto et istud est propter vehementē exsiccationē cineris eius. Pro deletione tamē verrucarū nō est ali

quid magis abscindens verrucas ꝙ fricatio portulace sup verrucas. Et facit hoc portulaca sui proprietate et nō qualitate scdm auic. scdo canonis ca. de portulaca. Terciū est ꝙ flos salicis et succus pomoꝝ .i. fructuū eius nocēt partui q2 propter stipticitatē et exsiccationē eoꝝ reddunt partum difficilem.

Textus

Confortare crocus dicatur letificando
Membraqꝫ defecta confortat epar reparando

Commentū

Hic ponunt̄ aliqua iuuamenta croci quoꝝ primus est ꝙ crocus cōfortat corpus humanū letificādo. Et circa istud est sciendū ꝙ crocus tantā proprietatē habet letificandi ꝙ datus in maiori quātitate ꝙ̄ debeat interficit letificando siue ridendo. Unde dicit auicen. scdo canonis ca. de croco: tres aurei de ipso interficiūt letificando. Et est aureū pondus dragme vnius et semis. Scdm est ꝙ crocus cōfortat membra defecta et principaliter cor. Confortat etiā stomachū ꝓpter suā stipticitatē et caliditatē. Et propter eandeꝫ causaꝫ etiā reparat epar et maxime propter stipticitateꝫ q̄ nō permittit dissolui epar. Nimius tn̄ vsus eius inducit nauseā et deicit appetitū. Et istud innuit Auic. loco preallegato dicēs. Ipse facit nauseā ⁊ deicit appetitū propterea ꝙ oppositus est acetositati que est in stomacho ex qua est appetitus. Et preter istos effectus est faciens somnū ⁊ obtenebrās sensus et cū bibit̄ in vino inebriat abstergit visū ⁊ prohibet fluxū ad ipsū: facit anhelitū facilē et cōfortat instrumenta anhelitus. excitat coitū et prouocat vrinaꝫ vt vult Auicenna loco preallegato.

De porro

Reddit fecundas per mansum sepe puellas
Isto stillantem poteris retinere cruorem

Commentum

Hic ponũtur duo iuuamẽta porri. Primũ est q̄ porruꝫ per mansũ.i.per comestionẽ eiꝰ reddit puellas sepe fecundas. Cuius rõ potest esse. q2 scd̃m auic. scd̃o canonis ca. de porro. confert coartationi matricis et duriciei: que est in ipa que possunt esse ĩpedimenta cõceptionis. Scd̃m est q̄ porrũ abscindit fluxũ sanguinis nariũ. Idem vult auic. loco p̃allegato. Et plures alii effectus eius dicti sunt prius ibi. Allea nux ruta.

Textus.

Q9 piper est nigrum non est dissoluere pigrum.
Fleumata purgabit digestiuamq3 iuuabit.
Leucopiper stomacho prodest tussiq3 dolori.
Utile preueniet motum febrisq3 rigorem.

Cõmentum.

Hic ponũtur multa iuuamenta piperis. et primo tria piperis nigri. Quoꝝ primũ est q̄ piper nigrũ non est pigrum in dissoluendo.i.resoluendo ꝑpt er fortem eius caliditatẽ & siccitatẽ. ẽ eni calidũ & siccũ ĩ q̃rto Scd̃ꝫ ẽ q̄ purgat fleumata: q2 attrahit ex iteriori corpore fleuma & ipm ꝯsumit silr̃iter fluma ĩ pectore et stomacho inuiscatũ remouet ipm calefaciendo subtiliãdo et dissoluendo. Terciũ est q̄ ẽ iuuatiuũ digestiue. Et istud patet per auic. scd̃o canonis ca. de pipere. dicentem q̄ piper est digestiuũ faciens appetitũ. Et istud maxime intelligendũ de pipere longo: quod est magis cõueniens digestioni crudoꝝ humoꝝ q̃ album vel nigrũ. vt testatur galienus. quarto de regimĩe sanitatis ca. septimo. Scd̃o ponit quinq3 iuuamẽta leucopiperis.i. piperis albi. quoꝝ primũ est q̄ piper albũ confortat stomachũ. Et istud patet per galienũ. loco p̃allegato dicẽtem q̄ est cõfortans stomachũ super alia duo pipera. Et idem vult auic. scd̃o canõis ca. de pipere dicens. Et albuꝫ magis cõueniens est stomacho et vehemẽtius confortat.

Scd̃m est ꝙ piper confert tussi maxime ex materia frigi=
da fleumatica. quia illã calefacit dissoluit et incidit. Et i=
stud vult auic. loco preallegato dicens. ꝙ quando admini
strat̃ piper in electuariis est cõueniens tussi et doloribꝫ pe
ctoris. Terciũ est ꝙ piper album cõuenit dolori. Et potest
istud intelligi de dolore pectoris. sicut ex auic. allegatũ est
vel de dolore ventoso. Tali enĩ cõuenit omne piper. quia
om̃e piper sui caliditate carminatiuũ est ventositatũ. ⁊ sic
educit ventositates. Auic. vero loco p̃allegato dicit. piper
albũ et similiter longũ cõuenire in dolore ventris pungi
tiuo si bibatur cũ melle et foliis lauri recentibꝫ. Quartũ
est ꝙ vtiliter potest preuenire motũ febris idest accessio=
nẽ siue paroxismũ febris. et hoc febris frigide. quia in tali
piper aliquomodo materiã calefacit et digerit. Quintuꝫ
est ꝙ piper album valet in rigore febrium. Cuius causa
est quia piper sua caliditate confortat neruos et materiã
sparsam sup eos cõsumit. Et auic. dicit ꝙ fricando fit in=
unctio ex ip̃o cũ vnguento et confert rigori. Et ista iuua=
menta quiqꝫ etiã possunt cõuenire aliis generibus pipe=
rũ. vt ex auic. loco preallegato patet. Et p̃ter istos effectus
piper calefacit neruos et lacertos adeo ꝙ in hoc non est a
liud ei par. mundificat pulmonem. prouocat vrinã pau=
cum de ip̃o. sed multũ de ipso soluit ventrem. vt colligit̃
ex auic. loco p̃allegato. Et circa istud sciendũ est ꝙ triplex
est piper. scilꝫ piper album quod dicitur leucopiper. piper
longũ quod dicitur macropiper. et piper nigrum quod di
citur melanopiper. piper album dicit̃ quod est viride mł
tum humidũ. Et quando illud est desiccatũ aliquantuluꝫ
ita ꝙ apparet quedã discõtinuatio inter eius partes. non
tamen sit perfecte maturatũ dicitur piper longũ. Sꝫ qñ
est perfecte maturatũ tunc dicitur piper nigrum.

Textus.

Et mox post escam dormire nimisqꝫ moueri.
Ista grauare solent auditus ebrietasqꝫ.

Cōmentum.

Hic tangūtur tria grauedinē auditus inducentia. pri mū est imediatus somnus post cibū sumptuꝫ. et hoc vsqꝫ ad repletionē. Cuius causa potest esse ista. qꝛ somnus im mediate post cibū sumptum facit indigestiōēꝫ ciboꝝ. cibi aūt indigesti grossos ac indigestos fumos procreāt q̄ sua grossicie meatus auditus opilant. et etiā spūs auditiuos ingrossant ꝛ pturbant. Scōm est nimius mot⁹ post cibū sumptū. qꝛ talis etiā impedit digestionē ꝛ clausionē debitā orificii stomachi. Aliqui tn̄ textus loco nimis habent mi= nus. et tūc sensus est ꝙ nullus motus post cibū sumptuꝫ etiā grauat auditū. Cuius rō est qꝛ tunc orificiū stomachi nō ita facile claudit᷑. sicut per paucā deambulationeꝫ qua cibi descendūt ad fundū stomachi. Jam stomacho nō exi= stente clauso fumi multi ascendūt ad caput grauātes au= ditū. Terciū est ebrietas. qꝛ ex ebrietate procreantur fumi multi ꝛ vapores qui ascendūt ad caput. et ad organū audi tus. spm eius pturbātes et auditū grauātes. Et nō solū ebrietas inducit nocumentū auditui sed etiā visui. et omi bus sensibus ꝓpter eandē causam. vt etiā prius dictū est. Auic. vero quarta tercii ca. scdo. de cōseruatione sanitatis auris etiā dat tria nocentia auribus. Et dicit. Et ex eis q̄= dem que nocent auri et reliquis sensibus sunt fastidiū et repletio et ꝓprie somnus sup repletionē. Et est sciendū ꝙ aliqui textus adhuc habent vnū versū continentē adhuc alia inducentia grauedinē audit⁹. Et est iste. Balnea sol vomitus affert repletio clamor. quia ista inducūt etiā gra uedinē auditus maxime tn̄ tinnitum. qꝛ dicit auic. quar= ta tercii ca. de cura tinitus. Oportet vt oms iste vitent so lem et balneū laboriolū et vomitū ꝛ clamorē ꝛ repletionē.

Textus.

Metus. longua fames. vomitus. pcussio casus.
Ebrietas. frigus. tinnitū causat in aure.

Cōmentum.

Hic tangūtur septem inducentia tinnitū in aure. i. sonū quē homo videt audire exterius. quorū primū est metus et scdm alios motus. Causa ē de metu: qr in metu spiritus ꝛ humores mouent ad interiora. scilȝ versus cor subito ex quo motu facile generat ventositas que penetrādo ad organū auditus tinnitū causat. De motu etiā patet qr ex motu corporali etiā cōmouentur hūores et spūs. ex qua cōmotione etiā generat ventositas. facile q̄ veniēs ad aures tinnitū causat: qr tinitus causat ꝓpter aliquā cōmotionē vaporis aut ventositatis circa organū auditus cōmouentiū aerem cōnaturalem in organo auditus existētem. Secundū est longa fames. Et rōnem subiūgit auic. quarta tercii. ca. nono dicens. Et illud est ꝓpt agitationem cadentem in hūoribus sparsis in corpore quiescentibus in ipo. Et cū non iuenit natura cibū aliquez cōuertit ad eos et resoluit ipos et mouet eos. Terciū est vomitus qr in vomitu qui est mo tus laboriosꝰ mouent maxie hūores ad caput. In signū cuius oculos et faciem videmꝰ fieri rubeos et visus fieri nocumentū. Et sic etiā facile mouent in vomitu vapores ꝛ ventositates ad organū auditus. Quartū est percussio spere in capite. ꝛ maxie in aure. Cuius causa est qr ex tali etiam accidit vehemēs cōmotio aeris cōnaturalis in organo auditꝰ existētis. qr natura aliquo mēbro leso imediate nutrit ad ipȝ spm ꝛ sāguinē q̄ sūt istrumēta nature. ex qbȝ tūc accidit in aure cōmotio. Quītū ē calꝰ ꝛ maxie supra caput ꝑpt eandē cām q̄ dicta ē de pcussiōe. Et etiā ex casu quocūqȝ vehemēs fit ꝯmotio hūorū ī corpe. Sextū ē ebrietas. Cuiꝰ cā ē qr in ebrietate caput re

plctur fumis et vaporibus ex quibus ad organū auditus venīētibus facile cōmouet aer cōnaturalis in organo auditus existens. Septimū est frigus ex forti eni frigore debilicat organū quare ex leui causa facile patit vel contingit tinnitus ex forti frigore quia forte frigus causat ventositates. Et nō solū ex istis causis cōtingit tinnitus aurium pmmo ex pluribus aliis sicut ex ventositate in capite generata et in ipso mota: aut ex sonitu saniei que generatur fortasse in ipsa et ex feruore puris in partibus eius aut ex motu vētositatis accidentis multotiēs in meatib⁹ eius sicut fit in febribus: aut ex repletione superflua in corpore ⁊ proprie in capite: aut ex materia viscosa resoluta in paucam vētositatē: aut ex medicinis quarū proprietas est vt retineāt humores et vētositates in partibus cerebri vt colligitur ab auicenna loco preallegato.

Textus

Balnea: vina: venus: ventus: piper: allea: fumus
Porri: cū cepis: lens: fletus: faba: sinapis
Sol: coitus: ignis: labor: ictus: acumina puluis
Ista nocent oculis sed vigilare magis

Commentum

Hic ponunt. xxi. res nociue oculis. prima est balneū siue humidū siue siccum quod stupha dicit. primo quia calefaci: eos calefactione multa et sic ledit eorū cōplexionē cum naturaliter sint frigidi de natura aque. Secundo q̄a exsiccat et resoluit humiditates subtiles oculorū quib⁹ spiritus visiui qui sunt ignei habēt refocillari et tēperari. Et propter istud plures reperiuntur ceci supra renum in quibus communiter vtuntur stuphis et balneis q̄admodum etiam plures reperiunt leprosi in hollandia q̄ aliq̄ alia regione propter indebitū regimen. Scda res ē vinū ⁊ hoc īmoderate sūptū. tale eni debilitat oculos et visum q:

caput replet fumis ꝛ vaporibus. ergo etiã ebetat omnes sensus. Tercia res est venus .i. nimius vsus coytus q̇ ab oibus medicis fertur debilitare multũ visum. Et aristo= teles quarta probleumatũ particula probleumate t̃cio as signat causam istam scilꝫ quia per coytũ aufert̃ qđ oppor= tunũ est oculis. Oportet eni humidũ aqueũ subtile eis in esse in quo visibiles spũs fulciãtur. Nam oculus natura liter est talis. scilꝫ humidus. Vnde de sensu ꝛ sensato ꝛ q̇n= to de generatione aialiũ dicit̃ oculũ esse de nature aq̄. Sꝫ euulsis humidis et euacuatis cõuenit supiora desiccari ꝑ pter quod oculi a sui recedunt natura que humiditate vi gebat. Et merito oculi vigent humiditate. quia per spiri tus igneos qui sũt in multo motu euanescerẽt nisi humi= do substentarent̃. Et ex isto manifestũ est ꝙ coytus exsic= cat partes supiores subtrahendo humidũ ad quod sequit̃ lesio acuitatis visus. Quarta res est ventus. et maxĩe me ridionalis. de quo dicit ypocras tercia amphorismoꝝ am phorismo illo. Au strini flatus ꝙ est caliginosus. i. caliginẽ ꝛ obscuritatem in oculis inducẽs quod prouenit quia ta= lis ventus caput replet humiditatibꝫ ebetãtibus sensus et spiritus offuscãtibus. Quinta res est piper. quod pro= uenit propt̃ sui acuitatẽ qua generat fumos oculos mor dicãtes. Sexta est allea. que etiam nocẽt visui propt̃ eoꝝ acuitatem et vaporositatẽ. vt etiã prius dictũ est ibi. Al= lea nux ruta. Septima est fumus. qui etiã nocet oculis ꝑ pter sui mordicationẽ et exsiccationẽ. Octaua est porri. qꝛ ex esu ipoꝝ generãtur fumi grossi melancolici. quibꝫ vis⁹ obumbratur. vt etiã prius dictum est ibi. Allea nux ruta. Nona est cepe. quaꝝ comestio nocet oculis propter eaꝝ a= cuitatem. Decima est lens. de quo dicit auic. scđo canonis ca. de lente. ꝙ illius qui plurimũ eius comestione vtit̃ vi= sus obtenebratur propt̃ vehemẽtiã exsiccationis ei⁹. Vn=

decima res est fletus nimi⁹ qui debilitat oculos ex eo ꝙ īducit debilitatē retentiue oculoꝝ. Duodecima est faba cuius vsus generat fumū grossum melancolicū obtenebrātem spūs visiuos sicut porrū. Et ergo etiā comestio fabaꝝ inducit somnia terribilia. Decimatercia est sinapis cuius vsus īducit debilitatē visus propt̄ eius acuitatē. Decimaquarta est aspicere solē. et hoc est ꝓpter eius vehementem nitorē et splendorem quibus destruit̄ visus. vt patet ad experientiam. et hoc ideo qꝛ vehemens sensibile nō proporcionatū sensū sicut radii solares corrumpūt sensū. Decimaquinta est coytus et maxime post nimiā repletionē vl̄ magis post nimiā vacuitatē et ianitionē. et de ista redictū ē. Decimasexta est ignis. cui⁹ inspect⁹ causat siccitatē vehementē in oculis. et sic ledit visū. et etiā ledit propt̄ claritatē eius. Et ergo coīter videmus fabros et illos qui continue corā igne operant̄ rubeos aut debiles habere oculos Decimaseptima nimi⁹ labor. qꝛ talis etiā vehemēter exsiccat. Decimaoctaua ē ꝑcussio contra oculos. que ledit oculos et visū. qꝛ facit sanguinē ad oculos fluere spūm visiuū ꝑturbantē et aliquādo apostema generantē. Decimanona est nimi⁹ vsus reꝝ acutaꝝ videlꝫ vti diuersis salsamentis acutis. ⁊ hoc ꝓpter acuitatē fumoꝝ ex ipīs generatoꝝ. Vicesima est puluis siue ambulare in locis puluerulētis. in quibꝫ de facili puluis ad oculos ꝑuenit et visuꝫ offuscat. Vicesimaprima et inter ceteras magis ledens oculos et visū est nimiū vigilare quia vigilie nimie nimiā siccitatē ī oculis inducūt. Et in generali oīs repletio nocet oculis. similiter oīne quod exsiccat naturā: et omne qđ turbat sanguinē ex rebus salsis acutis et aliis ⁊ oīs ebrietas. Vomit⁹ vero cōfert ei inquantū purgat stomachū ⁊ nocet ei inquantū mouet materias cerebri expellēdo eas ad ipm. Et ergo si fuerit vomitus necessarius debet fieri

post cibū et cū facilitate. Et similiter somnus supflu⁹ nocet visui ꝛ somnus statim post repletionem. et multitudo fleubothomie et ꝑprie cū ventosis cōtinuis. Et istud colligit ex auicēna tercia tercii. tractatu quarto. ca. quarto. de rememoratiōe rex visui nocentiū. vbi etiā auic. plures ex causis in textu narratis exprimit.

Textus.

Feniculus. verbena. rosa. celidonia. ruta
Ex istis fit aqua que lumina reddit acuta.

Cōmentum.

Hic tangūtur quīqꝫ res medicinales. quax aqua cōfert visui. prima est feniculus cui⁹ succ⁹ in oculo posit⁹ acuit visū scdm rasim tercio almāsoris. Scda est verbena. cui⁹ aqua a coībus medicis ponit in receptis valentibus contra debilitatē visus. Tercia est rosa. cui⁹ aqua cōfortando spm aialem potest confortare visū. Quarta est celidonia et ē herba habens succū citrinū. Et dicit celidonia q̄si celica dona donās Quita ē ruta. et ē herba coīs. ꝛ aque istax duax herbax similit valent vt ex coībus autoribꝫ medicie patet. Et de pluribꝫ istax herbax pri⁹ in diuersis passibꝫ dictum est amplius.

Textus.

Sic dentes serua porrox collige grana.
Ne careas iure cum iusquiamo simul vre.
Sicqꝫ per embotum fumū cape dente remotum.

Cōmentum.

Hic ponūtur aliquē medicie valētes ad dolorē dentiuꝫ Et dicit text⁹ ꝙ semia porrox ꝛ iusquiam⁹ simꝉ vsta valēt in dolore dentiū. Et debēt sic admistrari succus iusquiami cū semibus porrox debēt simul cōburi ꝛ fum⁹ istox p ēbotū recipi i illa parte i qua ē dolor dētis. In iusqamo enī est vi⁹ stupefaciēdi. ꝛ sic ex stupore dolor nō ꝑcipit. Et i fumo

seminis porri est virtus interficiendi et eiciendi vermes qui aliquādo in cōcauitatibus dentiū existētes intolerabilem faciūt dolorem. Et istud dicit auic. scdo canonis capitulo de porro. Et est porrū herba nota. Et iusquiamus est herba stupefactiua habens longa folia pinguia et fetida.

Textus.

Nux. oleum, frigus capitis. anguillaqз potus.
Ac pomū crudum faciūt hoiem fore raucum.

Comentum

Hic ponūtur sex cause raucedinis vocis. quarum prima est nux. i. comestio nucū. quia nuces multū exsiccant. et ergo vocē exasperant et faciūt eam similem vocibus gruum. Secunda est oleum. cuius vsus potest inducere raucedinē quia partes eius alique viscose adherent ipsi canne pulmonis faciētes raucedinē. secundo potest inducere raucedinē in corporibus colericis. quia oleū in talibus cito inflāmatur et sic iducit ex tali calefactione exasperationē et raucedinē. prima tamen causa videtur melior Tercia est frigus capitis. Cuius causa est quia ex frigore capitis fit cōpressio cerebri. ex cuius cōpressione fluunt humores deorsū versus guttur et cannam pulmonis iducentes raucedinē propter nimiā humectationē canne. Quarta est anguilla siue comestio anguille. quia ex esu eius fleumata viscosa multiplicātur. que venientia ad cannā pulmonis illic adherent inducētes raucedinē. Quinta est potus nimius: et maxime quando itur dormitū. Cuius causa est quia ex tali canna pulmonis etiā multū humectatur. Jam vehemens humectatio canne pulmonis potissima est causa raucedinis vocis scdm omnes medicos. Sexta est pomū crudum quia inquantū crudū multiplicat fleumata. Et si sit cū hoc immaturū stipticū siue ponticū guttur exasperat.

Textus.

Jeiuna vigila caleas dape valde labora
Inspira calidū modicum bibe comprime flatū
Hec bene tu serua si vis depellere reuma
Si fluat ad pectus dicatur reuma catarrus
Ad fauces brancus ad nares esto corisa

Comentū.

Hic tanguntur septem quibus curaẗ reuma. Primū est abstinētia siue ieiuniū quia per hoc materia reumatis diminuiẗ quia abstinentia exsiccat et materia melius maturatur et cōsumiẗ quia natura nō habens materiā cibalem in quā agat agit in materiam reumatis et consumit eam et caput minus repleẗ. Et ergo dicit auicenna quinta tercii tractatu primo ca..xiii. Et propter quidem ne patiens catarrū et corisam replet ventrē cibis quare repleaẗ caput eius. Secundū est vigilia quia illa etiā est exsiccatiua cerebri et prohibitiua ascēsus multorꝝ vaporꝝ ad caput Tercium est cibi calidi qui etiā iuuāt in reumate cum est ex materia frigida. quia per illos etiam tunc digeritur materia friigda. Quartum est multum laborare quia per hoc etiā cōsumitur materia reumatis quia labor multus exsiccat superfluitates corporis. Et loco illius dictionis valde quidam textus habent veste et tunc sensus est ꝙ in cura reumatis etiā valet calere vestibus et hoc etiaꝫ verum est maxime tamen qñ materia reumatis est frigida. Quintum est inspiratio aeris calidi et hoc maxime in catarro ex materia frigida quia per aerē inspiratum calidum tunc calefit materia et maturatur. Sextum est modicū bibere et pati sitim quia per hoc etiā materia reumatis consumitur cum sitis siue modica bibitio exsiccat. Et etiam per modicam bibitionem caput non repletur sicut per multū potū. Septimū est cōprimere flatū id est retinere anhelitū. Istud eni valde bonū est in catarro maxime a causa frigida quia per istā retentionē anhelitus calefiunt

pectoralia et sic melius digeritur materia frigida fleuma-tica faciens catarrum. Et plurima istorum et alia tangit avicenna loco preallegato dicens quod oportet ut assiduet calefactionem capitis et elongationem eius a frigore et minuat ipsum a septentrione et proprie post austrum. Auster enim replet et rarificat et septentrio constringit et exprimit et minoret potum aque congelate neque dormiat in die et sitiat et famem patiatur et vigilet quantum potest quoniam sunt inicium cure. Rasis vero nono almansoris vult quod patiens reuma debet cauere ne iaceat supinus. Et ratio est ne per illum decubitum materia fluat ad partem posteriorem et cum pars posterior non habet manifestos meatus per quos materia fluat timetur ne fluat ad neruos et faciat spasmum vel paralisim. Et similiter debet abstinere omnino a vino quia vinum est vaporosum. Et cum multum sit calidum dissoluit materiam et auget reuma. Et similiter non debet stare ad solem aut ad ignem quia sol et ignis dissoluendo materiam etiam augent reuma. Deinde textus in duobus ultimis versibus ponit differentiam inter ista tria nomina scilicet catarrus brancus et coriza. Et stat differentia in hoc quod est fluere materiam ad aliam et aliam partem. Unde reuma est nomen commune ad omnem fluxum materie de uno membro ad aliud. Et ergo dicitur reuma quasi ruens materia. In communi tamen usu capitur solum pro nomine communi ad omnem fluxum materie a capite. Et continet sub se istas tres species scilicet catarrum brancum et corizam. unde si illa materia fluat ad pectus vel membra vicina dicitur catarrus. Si vero ad fauces brancus. Sed si fluat ad nares dicitur coriza.

Textus

Auripigmentum sulphur miscere memento
His decet apponi calcem commisce saponi
Quatuor hec misce commixtis quatuor istis

Fistula curatur quater ex his sit repleatur

Commentum.

In hoc textu ponit autor medicinā curatiuā fistule dicens ꝙ emplastrum factū ex auripigmēto sulphure calce et sapone simul mixtis curat fistulā. Cuius causa est quia in istis est virtus exsiccatiua et mundificatiua que intentiones necessario requiruntur in curatione fistule. De auripigmento dicit platearius ꝙ est calidū et siccū in quarto gradu dissoluit attrahit cōsumit et mundificat. Et sulphur et sapo secūdum eū etiā calida sunt et sicca: sulphur tamē vehemētius quia est calidū et siccum in quarto: sapo vero nō. De calce dicit Auicenna ꝙ calx abluta est exsiccatiua sine mordicatione et consolidat. Notandū circa istud ꝙ fistula est vulnus assidue et periodice fluēs id est scḋm diuersa tempora vel secundum diuersas lunationes. Auripigmentū vero est illud quo vtuntur sculptores quo faciunt adherere es siue metallum lapidibus. Sapo vero id est smigma est illa pinguedo alba siue nigra qua mulieres lauant et mundant vestes. Alia uocabula nota sunt.

Textus

Ossibus ex denis bis centenisqꝫ nouenis
Constat homo denis bis dentibus et duodenis
Ex tricentenis decies sex quinqꝫ venis

Commentum

In hoc textu autor ponit numerū ossiū dentiū et venaꝝ humani corporis. Et dicit primo ꝙ homo constat ex ducētis et nouēdecim ossibus. Secūdū tñ solemnes medicine doctores vt ypocratē Galienū Rasim Auerroym et Auicennā ossa hois sunt ducenta et quadragintaocto licet in particulari enumeratiōe ossiū discōueniāt. Et istud vult ille cōis versus. Ossa ducētena sunt atqꝫ quater duodena Secundo dicit ꝙ homo debet habere trigintaduos dētes

Et istud intelligendũ est cõmuniter et vt plurimũ in hominibus perfectis. Aliquãdo eni contigit aliquos hoĩes non habere dentes quatuor extremos qui sunt post molares et in talibus dentes sunt vigintiocto tm̃. Et aliqui carent his dentibus vltimis in puericia tantũ: Alii in puericia et iuuentute ita ꝙ non eis nascũtur donec sint senes Alii tota vita. Circa istud sciendũ est ꝙ secũdum auicẽnã prima primi doctrina quita sũma prima capitulo de anathomia dentium. Inter istos dentes duo vocantur duales ⁊ sunt duo dentes anteriores et duo quadrupli iuncti dualibus a dextris et sinistris et tam duales ꝙ̃ quadrupli sunt duo in superiori mandibula et duo in inferiori et sũt omnes ordinati ad incidendũ et ideo a quibusdã ĩscisores vocantur et specialit̃ duales. Et p⁹ istos dẽtes sũt duo dẽtes q̇ vocãt̃ canini superius et duo inferius immediate cõiuncti quadruplis et officiũ eoꝝ est frãgere dura. Et post illos sunt quatuor dentes molares a dextris: et a sinistris quatuor tam in superiori ꝙ̃ in ĩferiori mãdibula Et post istos in aliquibus est dens vnus sensus tam a dextris ꝙ̃ sinistris et tam in inferiori ꝙ̃ superiori mandibula in aliquibus vero nõ. Et sunt isti dentes molares et dentes sensus oẽs ordinati ad molendũ. Et summa totius numeri dentiũ est triginta duo vel viginti octo in nõ habentibus dentes sensus scilicet quatuor duales quatuor quadrupli et quatuor canini et sedecim molares et quatuor dentes sensus. Tercio dicit ꝙ homo habet tricentas et sexaginta quinqꝫ venas vt posset patere enumeranti eas.

Textus

Quatuor humores in humano corpore constant
Sanguis cum colera fleuma melancolia
Terra melã aqua fleg: et aer sanguis coleri ignis

Commentum

In hoc textu enumerat primo autor humores qui sunt

necessarii ad constitutionem humani corporis et dicit ꝙ quatuor sūt humores in humano corpore scꝫ sanguis fleuma colera et melācolia. Secūdo ostendit naturā et cōplexionē cuiusqꝫ humoris per hoc ꝙ comparat vnumquē qꝫ vni elemētorū. Et vult ꝙ melācolia est frigida et sicca et sic cōparatur terre que similis nature ē. Fleuma ē frigidū et humidū et sic cōparatur aque. Sanguis est calidus et humidus et sic cōparatur aeri. Sed colera est calida ⁊ sicca et sic cōparatur igni. Et iste sensus etiam patet ī his versibus Humidus est sanguis calet ē vis aeris illi. Alget humet fleuma illi vis fit aquosa. Sicca calet colera sic igni fit similata. Melancolia friget siccat quasi terra. Et ꝑ maiori intellectu sciendū est ꝙ secundū Auicennā prima primi doctrina quarta ca. primo quatuor sunt humores in corpore hominis scilicet sanguis fleuma colera et melancolia vt dictū est. Inter quos sanguis est melior. primo qꝛ est materia spirituū in quibus vita consistit et omnis operatio vegetatiua vitalis et animalis. secundo quia cōformis est cum principiis vite. est enī calidus et humidus tēperate. tercio quia plus nutrit et restaurat deperditū ceteris humoribus. Et vt ad vnū sit dicere est tezaurus nature ex cuius perditione sequit̄ mors statim. Deinde sequit̄ fleuma in bonitate. primo qꝛ aptū est vt tēpore necessitatis fiat sanguis et ideo nō habet propriū receptaculū sed incedit cū sanguine. Secundo quia vicinius est radicali humido quod est velut basis vite. Deinde sequitur colera quia participat cum naturali calore ꝙdiu mensuram seruat. Deinde est melancolia velut fex et sordicies elongata a principiis vite inimica leticie et liberalitati et connata senio et morti. Secundo sciendum pro diuisione et diffinitione humorum ꝙ sanguinis due sunt species scilicet naturalis et innaturalis. Naturalis est cuius color est ru

beus scilꝫ venalis rubeus obscurus et arterialis rubeus clarus malo carens odore et est valde dulcis. Et hoc per respectū ad alios humores. Innaturalis est duplex. Nam quidam est innaturalis qualitate scilicet qui est mutatus a complexiōe bona in se sine alterius humoris cōmixtione. Alius est innaturalis propter humorē malū ei admixtū peccantē qualitate substantia vel quātitate vel in proportione alterius ad alterū. Et iste est duplex. Nam quidam est nō naturalis ex permixtione mali humoris qui ab extra sibi superuenit. Alius est nō naturalis ex permixtiōe mali humoris generati in ipsomet sāguine sicut quādo pars sanguinis putrefacta est et eius subtile conuersū est in coleram et grossum in melancoliā vel illa colera vel illa melancolia vel vtraqꝫ mansit in illo sāguine. Et iste sanguis nō naturalis ex admixtione mali humoris multipliciter diuersificatᷣ a naturali. Primo in substātia quia grossior et turbidior est cum sibi miscetᷣ melācolia vel subtilior cum sibi miscetur colera citerna vel aquositas. Secundo in colore qꝛ est declinans ad albedinē ex parte fleumatis vel ad nigredinē ex parte melācolie. Tercio in odore quia fetidior est ex admixtiōe putridoꝝ humoꝝ vel omnino odore caret ex admixtione crudoꝝ. Quarto in sapore quia vergit ad amaritudinē ex admixtione colere vel ad acetositatē ex parte melancolie vel ad insipiditatē ex parte fleumatis. Fleumatis vero etiā due sunt species scilicet naturale et innaturale. Naturale est quod est aptū vt in aliquo tempore fiat sanguis quoniā est sanguis nō bene coctus. Et est quidam modus dulcis fleumatis quod nō valde existit frigidum pmmo corporis comparatione est frigiditatis pauce sanguinis vero comparatione et colere rubee est frigidum. Et est naturaliter album. Et dicitur istud flegma dulce extenso hoc nomine dulce ad omnes sa-

pores delectantes gustū quia alio modo istud fleuma naturale nō est dulce cum sit insipidum aquosum et sapori aque multū propinquum. Et nō fecit natura isti fleumati propriū receptaculum sicut colere et melancolie fecit: sed fecit ipsum transire cum sāguine vt tempore necessitatis vertatur in sanguinē quia habet similitudinē propinquā sanguini. Et istius fleumatis due sunt necessitates ⁊ vna vtilitas. prima necessitas est vt sit iuxta membra ad hoc vt operentur in eo eoꝝ virtutes et coquant et digerant et nutriant ex eo cum membra amiserint nutrimentū quod consueuit venire ad ipsa quod est sanguis bonus propter retentionē materie sanguinis que quidem retentio a stomacho et epate fit propter aliquas causas accidentales. Secunda necessitas est vt misceatur cum sāguine et reddat ipsum aptum ad nutriendum membra fleumaticaꝝ complexionum sicut cerebrū et nucham in quoꝝ sanguine ea nutrituro notabilem fleumatis partē esse oportet. Vtilitas vero eius est vt humectet iuncturas et membra que multum mouentur ne desiccentur propter calorē qui prouenit ex motu et confricatione. Fleuma vero innaturale potest diuidi primo ex parte substantie Et sic quoddā est muscillaginosum et est fleuma secundum sensum diuersum in subtilitate et grossicie in suis partibus. Et dicitur muscillaginosum propter similitudinem quam habet cū muscillaginib⁹ extractis a seminibus. Aliud est fleuma grossum quod apparet equale in substantia .i. in subtilitate et grossicie secundum iudicium sensus sed secundum veritatem diuersum est in suis partibus. et dicitur fleuma crudum. Et istud multiplicatur in stomacho et in testinis. Et propter ipsius expulsionem a stomacho precepit ypo. fieri vomitū in mēse bis. Et ad ei⁹ expulsionē ab intestinis statuit natura colerā defluere a cisti fellis ad ite

stinū ieiuniū.et cōsequēter ad alia inferiora quatenus ab stergeret illud fleuma ab officiis intestinorū:et faceret ipsum descendere cū fecibus. Multiplicatur etiā interdū in venis specialiter in senibꝫ ꝓpter diminutionē digestionis ꝛ illic morā trahens paulatim augetur et ingrossatur ꝛ cum ab eo tandē grauetur natura:et nō possit ipm per venas expulsionis ordinarias expellere faciēs de possibilibꝫ quod melius est:elongat ipm a corde et aliis mēbris intrinsecis. et mittit ad extrema et specialiter ad tybias.quia sua grauedine naturaliter tendit ad inferiora. Et ista est causa quare tybie senum inflantur inflatiōe relinquēte foueā post impressionē digiti specialiter circa noctē:et in pinguibꝫ et solitis nutriri humidis. Aliud est fleuma valde subtile.et est fleuma aquosū simile aque aliqualiter inspissate.ꝛ sepe inuenitur in salinis ꝛ sputis male digerentiū et nimis bibentium.et a cerebro ad nares distillare solet in principio corizarū.et cū per decoctionē ingrossatur cōuertitur in fleuma grossum aut muscillaginosū. Aliud est fleuma valde grossum album vocatū gipseum.et est fleuma cuius subtile fuit resolutum propter nimiā morā eius in iūcturis ꝛ grossum remansit quasi lapidificatum. Et istud fleuma facit podagram nodosam fere insanabilē. Aliud est fleuma vitreum. Et est fleuma spissum grossum simile vitro liquefacto in colore viscositate ꝛ pondere. Secūdo diuiditur fleuma in naturale ex parte saporis. Nam quoddā est fleuma dulce quod fit ex admixtione sanguinis cū fleumate. Et sub isto etiā cōtinetur fleuma vnctuosū qđ fit ex admixtione vnctuositas sanguinis cū fleumate. Aliud est fleuma insipidū factū ex cruditate sicut quoddā fleuma vitreum. Aliud est fleuma salsum factū ex admixtione colere. Et istud est magis mordax siccius et lenius cetis speciebus fleumatis propter coleram quaꝫ suscipit in se que sic

ca existit leuis et acuta. Et hoc fleuma sepe reperit in fleumaticorum stomachis potantium sepe vina fortia et vtentium salsis et acutis et adherens stomacho causat interdum sitim clamorosam et diu currens per itestina quandoque excoriat ea et inducit dissinteriam et in ano frequenter inducit fortem tenasmonē. Aliud est fleuma acetosum quod fit quandoque propter melancoliam acetosā sibi admixtam. Et quandoque fit propter ebullitionē que accidit fleumatici sicut accidit succis dulcibus fructuum que primo ebulliunt et postea acescunt. Et istud fleuma sepius apparet in stomacho male digerentium quam in aliis partibus, nā ad os stomachi naturaliter profluit melancolia ad desiderium suscitandum que deorsum cadens quandoque flumati mixta reddit ipm acetosum. et hoc cognoscitur per ructus acidos. et interdū fleuma tale generatur in stomacho per viam ebullitionis a debili calore ex chilo. Aliud est fleuma ponticum quod quandoque causatur propter admixtionem melancolie pontice. et istud raro reperitur propter raritatē melancolie pontice. quandoque vero causatur propter vehementē infrigidationē eius qua humiditas eius cōgelatur. et aliqualiter ad terrestreitatem alteratur. et nō superuenit ei calor debilis qui faciendo ipm ebullire cōuertat ipsum in acetositatem neque calor fortis qui digerat ipsum et cōuertat ipm in sanguinem. Colere vero species similiter due sunt. scilicet naturalis et innaturalis. Colera naturalis est spuma sanguinis: cuius color est rubeus clarus. i. citernus in vltimo gradu citernitatis. sicut capilli safrani. et est leuis acuta. et quanto magis fuerit calida: erit maioris rubedinis. Et ista colera postquam generata est in epate diuiditur in duas partes. quarum vna transit cum sanguine ad venas. et alia pars transmittitur ad bursam fellis. Pars autem illa colere que transit cū sanguine pe=

netrat cũ eo causa necessitatis et causa vtilitatis. Necessitas est vt misceatur cũ sanguine ad nutriendũ mēbra colerica. Et vtilitas est vt subtiliet sanguinē et faciat ipm penetrare in venis. Pars autē illa que transit ad bursam fellis transit illic etiã propter necessitatē et vtilitatē. Necessitas est duplex. quedã est necessitas corporis totius scilicet mundare ipm a superfluitatibꝫ colericis. Alia est respectu burse fellis. et est nutrire ipam. Vtilitas etiã duplex ē vna est abluere intestina a fecibus et fleumate viscoso adherente eis. Altera est pungere intestina et musculos ani vt sentiant quod est eis nociuũ et emittant egestionē. Et huius rei signũ est ꝙ colica sepe accidit propter opilationem factaꝫ in foramine quod procedit a bursa fellis vsqꝫ ad intestina. Colera vero inaturalis duplex est. Nam vna est inaturalis propter causã extrinsecam que ei admiscet̃ Alia est inaturalis ꝑpter causã in se. quia substantia ei⁹ nõ est naturalis. Colera inaturalis ꝑpter causam extrinsecã alia est scita et famosa. et est illa cui fleuma admiscet̃ Et dicit̃ famosa siue etiã nota quia sepissime generari solet. Et ex hac colere specie fit terciana nota. Alia est que ē minoris fame et est illa cui melancolia est admixta. Colera vero famosa vel est citrina. et generat̃ ex admixtione fleumatis subtilis cũ colera naturali. Vel est vitellina similis vitellis ouoꝝ. et generat̃ ex admixtione fleumatis grossi cũ colera naturali. Colera vero minoris fame fit duobus modis. vnus est quando colera in se aduerit̃ et fit cinis a quo non separatur pars subtilis colere. sed cum eo miscetur. et hec colera est peior. Alius est vt melancolia colere de foris adueniens cũ ea misceatur. ⁊ hec colera est melior alia. et est eius color rubeus. sed non clarus nec floridus. ꝑmmo est magis similis sanguini venali. Colere ve

ro innaturalis in propria substantia sine alterius hu mo-
ris cõmixtione. Alia est que sepius generatur in epate p
hoc q subtile quod est in sanguine aduritur: et transit in
coleram et grossum in melancoliã. Alia est que in stoma=
cho magis generatur ex cibis malis non digestis sed cor=
ruptis. Vel generatur in venis ex humoribus aliis. Et i=
stius colere due sunt species. Nam quedam est prassina si
milis colori prassii nigri: que generatur ex vitellina quan
do aduritur. Nam adustio facit in colera vitellina nigre=
dinem qua cõmixta cum citernitate generatur color viri
dis. Alia est eruginosa similis in colore erugini eris. et ge
neratur ex prassina quãdo prassina tantum aduritur do=
nec siccetur eius humiditas: et incipiat redire ad albedi=
nem propter suã siccitatem. Et iste due vltime colere ma=
le sunt et venenose eruginosa tamen peior est. Melanco=
lie vero species similiter due sunt scilicet natu ralis et in=
naturalis. Naturalis est fex boni sanguinis et turbulen=
tia et superfluitas. cuius sapor est medius inter dulcedi=
nem et ponticitatem. Et ista melancolia cum generata ẽ
in epate partitur in duas partes. quaꝝ vna penetrat cuꝫ
sanguine et manat cum eo ad venas. Alia transmittitur
ad splenem. Prima pars penetrat cum sanguine propter
necessitatem et vtilitatem. Necessitas est vt misceatur cũ
sanguine ad nutriendũ membra melancolica frigida ꝛ sic
ca sicut ossa. Vtilitas ẽ vt fluxibilitatem sanguis nimiã
coerceat et vigoret corpulentiam eius et condenset donec
fiat pars solida membrorum duorum que debet nu trire
Alia pars qua sanguis non indiget vadit ad splenem ꝓ=
pter necessitatem et vtilitatem. Necessitas est duplex. v=
na est secundum totum corpus scilicet ipsum a super=
fluitate melancolica mundare. Alia est secundum sple=

nem scilicet ipsum nutrire. Utilitas vero procedit ex ea ꝓpter hoc ꝙ ipsa profluit ad orificiū stomachi exprimendo humiditates quas illic inuenit. sicut mulier mulgendo exprimit digitis lac ab vberibꝫ vacce. Et hec vtilitas est duobus modis. Vno modo quia ipsa multa cōstringit et inspissat et confortat orificiū stomachi. Secundo quia facit in ore stomachi cōmotionem propter acredinē eius. et excitat famem et facit desideriū. Melancolia vero innaturalis est sicut res adusta vel cinis respectu aliorum humorū Et eius quatuor sunt species famose licet plures sint nō famose. Prima est que est cinis colere et est illud quod aduritur de colera. et hec species est amara. Secunda est que est cinis fleumatis et illud quod fuit adustū ex fleumate. et si fleuma quod adustū est fuerit valde subtile et aquosū tūc melācolia ex eo genita erit salsa in sapore. Si autē fuerit fleuma grossū quod aduritur tūc cinis eius aut melancolia ex eo generata tendit ad acetositatē aut pōticitatem Tercia est que est cinis sanguis et illud quod adustū ē ex sanguine. et hec melācolia est salsa parū trahēs ad dulcedinē. Quarta est q̄ est cinis melācolie naturalis. Et si melācolia naturalis ex qua fit fuerit subtilis: tūc erit multum acetosa. et cū effunditur super terrā ebullit et eius odor est acris et ab eo fugiūt musce et aīalia. Si vero talis melancolia naturalis ex qua fit fuerit grossa: erit minoris acetositatis cū pauca ponticitate.

De sanguineis.

Natura pingues isti sunt atqꝫ iocantes.
Semper rumores cupiunt audire frequentes.
Hos venus et bachus delectant fercula risus.
Et facit hos hilares et dulcia verba loquentes.
Omnibus hi studiis habiles sunt et magis apti
Qualibet ex causa nec hos leuiter mouet ira.

Largus amans hylaris ridens rubeiqꝫ coloris.
Cantans carnosus satis audax atqꝫ benignus.

Cōmentum.

Hic ponit autor signa per que cognoscere possumus hominem sanguinee cōplexionis. Quoꝝ primū est ꝙ sāguineus est naturaliter pinguis. Et nō debemus intelligere ꝙ sanguineus sit pinguis pinguedine proprie accepta qr talis significat sup frigiditatem cōplexionis. vt vult auicēna secunda primi doctrina tercia.ca.tercio. Sed ē pinguis pinguedine extensa ad multā carnositatem. quia ē multū carnosus. Vult eni auic. loco pallegato ꝙ multitudo carnis rubee cū decenti firmitate et nō laxitate eius significat cōplexionē calidam et humidam qualis est sanguinea. Et rō est quia multitudo carnis rubee attestatur sup fortitudine virtutis assimilatiue et multitudine sanguinis que vigent et inualescunt calido et humido. teste Galieno secundo complexionū dicente. multitudo autem carnis a multitudine sanguinis generatur. Calidū vero perfecte digerens et assimilās carnis soliditatem operatur. Dicit etiā auic. loco pallegato ꝙ omne corpus carnosū sine multitudine pinguedinis et adipis est sanguineū. Et idē vult galienus scda tegni canone illo, humida vero et calida crasis. Secundū est ꝙ est iocosus scilꝫ proferens verba alios ad risum prouocantia vel letus. Et hoc est propter benignitatem humoris sanguinei prouocantis hominem ad leticiam et iocūditatem propter spiritus claros et perfectos ex sanguine generatos. Terciū est ꝙ libenter audit fabulationes iocosas eadem de causa. Quartum est ꝙ inclinatus est ad luxuriam propter caliditatem et humiditatē prouocantiū ad coytum. Quintum ē ꝙ talis libenter bonū vinū potat. Sextum est ꝙ libenter comedit bona cibaria. quoꝝ causa potest esse quia talis appetit similiora cō-

plexioni eius que sunt bona vina et bona cibaria. Septi mū est ꝙ talis de facili ridet. Cuius causa est qꝛ sanguis ꝓ uocat ad risum. Octauū est ꝙ talis est hylaris.i.hylarem faciem amabilem et iocundū habens ꝑpter viuacitatē co loris et formositatem cōplexionis ex cōplexione sanguis Nonū est ꝙ talis profert dulcia verba ꝑpter amicabilita tem nature sanguinis. Decimū est ꝙ talis est aptus om̄i bus artibus.i.de facili potest addiscere quālibet artē ꝑpt viuacitatem et pspicacitatē ingenii eius. Undecimū ē ꝙ talis nō facile irascitur. Et istud prouenit propt humidi= tatem ebetantē feruorē colere prouocātis ad iram. Dein de textus in duobꝫ vltimis versibus repetit aliqua signa dicta et aliqua addit. Primū est ꝙ sanguineus est largus nō auarus sed liberalis. Secundū est ꝙ talis est amans si ue amorosus. Terciū est ꝙ talis est hylaris.i.habens vul= tū iocundū. Quartū est ꝙ talis quasi semꝑ videtur ridere quoꝝ om̄ium causa ē benignitas sanguinis ad ista ꝓuo= cātis. Quintū est ꝙ talis est rubei coloris. Uult eni auic. loco p̄allegato ꝙ color cutis rubeus significat multitudi= nē sanguinis. Et debet istud intelligi de colore rubeo cuꝫ quodā splendore et nō de rubeo fusco qualis reperiri solet in vultibꝫ hoꝝ qui libenter et abunde bibūt fortia vina et vtūtur salsis et speciebꝫ acutis.qꝛ talis significat leprā futurā. Sextū est ꝙ talis libenter cantat vel audit canta re propt letū eius animū. Septimū est ꝙ talis est carnoſꝰ propt causā prius dictā. Octauū est ꝙ talis ē satis audax ꝑpter caliditatem sāguinis que est causa audacie. Nonū est ꝙ talis est benignus ꝑpter sanguinei hūoris bonitatē

Textus.

Est et humor colere qui competit impetuosis.
Hoc genus est hoim cupiens precellere cunctos.
Hi leuiter discunt.multū comedunt cito crescunt.

Inde magnanimi sunt largi sūma petentes.
Hirsutus fallax irascens prodigus audax.
Astutus gracilis siccus croceiq3 coloris.

¶ Cōmentum.

Hic ponit autor quedā signa per que cognoscere possumus hominē colerice complexionis. Primū est q3 coleric⁹ est impetuosus.i.faciens rem cū impetu. Cuius causa est quia superfluus calor qui est in colerico mouet ad impetū. Et ergo etiam vult auic.scđa primi doctrina tercia.ca.tercio q3 operationes excessiui motus significāt caliditatē. Secundū est q3 talis est cupidus honoris et appetit esse i primis sedibus et precellere cunctos alios. Cuius causa ē qa superfluus calor pronificat aiam ad arrogantiā et temeritatem. Tercium est q3 isti cito discunt. et hoc ppter subtilitatem hūoris colerici et eius caliditatem. Et ergo etiā dicit auic.loco p̄allegato q3 intellectus.i.promptitudo et viuacitas ad intelligentiam significat caliditatem cōplexionis. Quartū est q3 isti multū comedunt. quia in ipis fortior est calor digerens et maior resolutio q̄3 in aliis corporibus. Quintum est q3 isti cito crescunt.i.perueniunt ad augmentum. et hoc propter fortitudinem caloris naturalis i eis. qui causa est augmenti. Sextum est q3 isti sūt magnanimi idest nō potentes tolerare iniurias. et hoc propter caliditatem in eis. et ergo dicit auic.loco preallegato q3 parum pati ab vnaquaq3 re.i.patientem se reddere significat caliditatem. ¶ Septimū est q3 isti sunt largi. et hoc respectu illorum quibus honores accipere possunt. Octauū est q3 isti appetunt summa.i.sūmas dignitates et officia propter causā scđi signi. Nonū q3 coleric⁹ ē hirsut⁹.i.pilos⁹ et habēs multos crines ppt caliditatē aperientē poros et mouentē materiā pilorum ad cutē. Et dr hirsut⁹ q̄si hirc⁹ seq̄ns. qr inter oia aialia bruta hircus habet longiores crines. Decimū est.

ꝙ ipse est fallax.i.deceptorius. Undecimū est ꝙ ipse est ira scens.i.de facili irascitur ꝑpter caliditatem. Et ergo dicit auicēna loco ꝑallegato ꝙ ira frequens et a leui causa significat caliditatem.et hoc est ꝑpter facilitatem cōmotionis colere et ebullitionis sanguinis circa cor. Duodecimuz est ꝙ ipse est prodigus.quia largus est in exponendo propter honores habendos. Decimūtercium est ꝙ talis est audax.quia audacia etiam ꝓuenit propter nimiā caliditatem et maxime cordis. Decimūquartū est ꝙ ipse est astutus.i. cautus. Decimūquintum est ꝙ talis est gracilis.i.nō grossoꝝ mēbroꝝ neqꝫ multe carnis ꝑpter superfluā caliditatē vehementer resoluentem. Decimūsextum est ꝙ talis est siccus.i.macer ꝑpter siccitatem complexionis. Decimūseptimū est ꝙ talis est crocei coloris.i.citerni.et ergo dicit auicēna loco ꝑallegato ꝙ color subruffus significat colere dominium.

Textus.

Fleuma vires modicas tribuit latosqꝫ breuesqꝫ:
Fleuma facit pingues sanguis reddit mediocres
Ocia non studio tradunt sed corpora somno.
Sensus.ebes.tardus.motus.pigricia.somnus.
Hic somnolentus.piger.in sputamine multus.
Est huic sensus ebes.pinguis.facit color albus.

Commentum

Hic ponit autor aliqua signa cōplexionis fleumatice. Primū signum est paucitas viriū. Fleumatici enim paucas vires habent propter paucitatem caloris naturalis a quo omnis vis habet exordium. Scd'm ē ꝙ fleumatici sūt lati et breues.quia in eis est paucus calor naturalis non sufficiens extendere corpus in longū.extendit igitur corpus scd'm latū. Tercium est ꝙ fleumatici sūt pingues propter eoꝝ frigiditatem et humiditatē. Et ergo dicit auicē. loco ꝑallegato.ꝙ pinguedo vel adeps supflua significat excessū frigiditatis et humiditatis et complexionē corpo

cis frigidā et humidaꝫ q꞉ sanguinis vnctuositas que est vtriusq̄ꝫ materia cum resudat a venis ⁊ obuiat membris frigidis vel remisse calidis coagulat ab eorum frigiditate vel remissa caliditate et fit pinguedo vt vult Galienꝰ secūdo cōplexionū. Et postea subdit hic textus ꝙ sanguinei sūt mediocres supple in lōgitudine ⁊ breuitate. Quartum est ꝙ fleumatici magis ad ocia inclināť ꝙ̄ ad studia propter frigiditatē mouentē ad ocia et pigriciā. Quintū est ꝙ multū dormiunt et hoc est propter multā humiditatem eoꝝ et etiam prouenit multus somnus propter firgiditatem vt innuit Auicenna loco preallegato. Sextū ē ꝙ fleumatici sūt duri ingenii q꞉ sicut viuacitas intellectus et perspicuitas ingenii proueniunt propter naturalem caliditatem: ita ebetudo intellectus et duricies ingenii propter cōtrariū scꝫ frigiditatē. Septimū ē ꝙ fleumatici sūt tardi motus et hoc etiā propter frigiditatē que facit motum tardū sicut caliditas velocē. Octauū est ꝙ sunt pigri Nonū ꝙ somnus in eis est longus quoꝝ causa eadem est cum predicta. Postea ponūtur duo alii versus recolligentes signa predicta cū quibusdā aliis. Primū est ꝙ fleumaticus est somnolentus. i. inclinatus ad multū somnū. Secundū ē ꝙ ipse est piger. i. tardus ad oēꝫ operationē. Terciū est ꝙ est multi sputi propter humiditatem in eo abundantē multiplicatiuā sputi. Quartū est ꝙ talis est obtusus in sensibus et nedum in senibus immo etiam in intellectu. Quintum est ꝙ talis est pinguis. Sextum est ꝙ talis est albus in facie. Albedo enim cutis et maxime faciei signum est priuationis sanguinis aut paucitatis eius cum frigiditate vt dicit Auicenna loco preallegato.

Textus

Restat adhuc tristis colere substantia nigre
Que reddit prauos pertristes pauca loquentes
Hi vigilant studiis nec mens est dedita somno

Seruant propositum: sibi nil reputant fore tutum.
Inuidus et tristis. cupidus. dextreqꝫ tenacis
Non expers fraudis. timidus. luteiqꝫ coloris.

Commentum

Hic ponit autor aliqua signa complexionis melan colice. primum est prauitas. Melancolia enim reddit homines prauos et maloꝝ moꝝum queadmodum sunt qui seipsos interficiunt. Secundum est multa tristicia. melancolici enim multuꝫ tristes sunt vt plurimum propter spiritus melancolicos turbidos et tenebrosos sicut homines leti sunt propter spirituum claritatem. Tercium est taciturnitas. melancolici enim tacidi sunt et paucoꝝ verboꝝum propter frigiditatē sicut nimia garrulitas prouenit propter caliditatem. Quartum ē ꝙ melancolici sunt apti studio quia semper cupiunt esse soli. Quintū est ꝙ tales sunt insomnolenti nec bene doꝛmiunt propter nimiā siccitateꝫ cerebri et propter fumos melancolicos cōmouētes in eis somnia horribilia quibus excitant̄ a somno. Sextū est ꝙ tales sunt tenacis propositi .i. pertinaces et cū aliquid in mente habent diu retinent et difficulter placabiles sunt et hoc ꝓuenit ꝓpter siccitatē eoꝝ que non sinit propositū cito mutari. Septimū est ꝙ melancolici nihil reputant eis ēē tutū ꝑmo semper timent et hoc est ꝓpt̄ spirituū tenebrositatem. Postea in duobus vltimis versibus ponūtur aliq̄ ex signis predictis et aliqua addūtur. Primū est ꝙ melācolicus ē inuidus. Secūdū est ꝙ ē tristis. Terciū est ꝙ est auarus. Quartū est ꝙ est tenax .i. nihil volens exponere et male soluens. Quintū est ꝙ est fraudulosus simplex et propterea homines melancolici sunt deuoti multū legentes ieiunantes ꝛ alias multas abstinētias faciētes. Sextum est ꝙ est multum timidus. Septimum est ꝙ est lutei coloris .i. terrestris siue fusci coloris. Color enim fu-

ſcus et maxime ſi viridati approximat ſignificat dñm me lancolie ſecundum Raſim ſecundo almãſoris in pricipio:

Textus

hi ſũt humores qui preſtant cuiqꝫ colores
Omnibus in rebus ex fleumate fit color albus
Sanguine fit rubeus colera rubea quoqꝫ ruffus
Si peccet ſanguis facies rubet extat ocellus
Inflantur gene corpus nimiumqꝫ grauatur
Eſt pulſuſqꝫ frequens plenus mollis dolor ingens
Maxime fit frontis et conſtipatio ventris
Siccaqꝫ lingua ſitis et ſomnia plena rubore
Dulcor adeſt ſputi ſunt acria dulcia queqꝫ.

Commentum

In hoc textu primo ponit colores cõſequentes cõplexiones et dicit ꝙ fleumaticus eſt albi coloris: ſed colericus eſt ruffi coloris et ſanguineus rubei et de melãcolico dixit in fine precedentiũ verſuũ. Et de iſtis omnibus dictũ eſt prius. Secundo ponit tredecim ſigna ſuperabundantis ſanguinis: quoꝝ primũ eſt ꝙ facies eſt rubea propter aſcenſũ ſanguinis ad caput et faciẽ. Secundũ eſt ꝙ oculi plus videnẗ exire ſolito propter extẽſionẽ quã facit ſanguis multiplicatus. Terciũ eſt ꝙ gene inflanẗ propter ſimilẽ cãm. Quartũ eſt ꝙ corpus totũ grauaẗ qꝛ natura ſuppeditaẗ nõ ſufficiens regere humores et ſubſtentare debite corpus Quintũ eſt ꝙ pulſus fit frequens propter caliditatẽ quã inducit ſãguis multiplicatus. Sextũ eſt ꝙ pulſus eſt plenus propter multitudinẽ vaporum calidoꝝ et humidoꝝ Septimũ eſt ꝙ pulſus eſt mollis propter humiditatem nimiam mollificantem arteriam. Octauum eſt ꝙ dolor fit in fronte et hoc propter ſanguinẽ multiplicatum in rethi mirabili. Nonum eſt ꝙ venter conſtipatur. i. durus fit nec bene aſſellans propter caliditatem nimiã exſiccantez feces. Decimũ eſt ꝙ lingua fit ſicca propter ſimilem cãm.

Undecimū est q sitis est magna propter exsiccationē orifi cii stomachi ex nimia caliditate. Duodecimū est q fiūt sō nia declinantia ad rubedinē. Et istud vult Auicenna secū da primi doctrina tercia capitulo septimo dicens. Et som nia que illud significant scz abundantiam sanguinis sūt sicut cum homo in sōniis res videt rubeas aut sāguinez multū ex suo corpore exire aut se in sanguine natare et si= milia Decimū terciū est q sputū ē dulce ppter sanguinis dulcedinē. Notandū circa istud q sicut hic ponūtur signa superabundantis sanguinis: ita quidā etiā ponunt signa superabundantie aliorum humorꝝ sub quibusdā versibus Signa quidem superabundātis colere sub istis versibus Accusat coleram dextre dolor aspera lingua. Tinnitus vo mitusqꝫ frequens vigilantia multa. Multa sitis pinguis egestio torsio ventris. Nausea fit morsus cordis lāguescit orexis. Pulsus adest gracilis durus veloxqꝫ calescens. A= ret amarescit incendia somnia fingit. Signa vero super abūdātis fleumatis sub istis versibus. Fleuma supergre= diens proprias in corpore leges. Os facit insipidum fasti dia crebra salivas. Costarū stomachi simul occipitisqꝫ do= lores. Pulsus adest rarus et tardus mollis inanis. Prece dit fallax fātasmata somnus aquosa. Signa vero super abundantis melancolie sub his versibus. Humorum ple= no dum fex in corpore regnat. Nigra cutis durus pulsus tenuis et vrina. Sollicitudo timor et tristicia somnia: tē= pus Acrescet rugitus: sapor et sputaminis idem. Levaqꝫ precipue tinnit et sibulat auris.

Textus

Denus septenus vix fleubothomum petit annus
Spiritus vberior exit per fleubothomiam
Spiritus ex potu vini mox multiplicatur
Humorumqꝫ cibo damnum lente reparatur.

Lumina clarificat sincerat fleubothomia
Mentes et cerebrum calidas facit esse medullas
Viscera purgabit stomachũ ventrem qȝ cohercet
Puros dat sensus dat somnũ tedia tollit
Auditus vocem vires producit et auget

Commentum

In hoc textu autor loquitur de fleubothomia et primo ostendit etatẽ requisitã ad fleubothomiã dicens ꝙ ãnus decimusseptimus vix petit fleubothomiã. Et ꝓ isto dicit Galienus xi de ingenio ꝙ pueri nõ debent fleubothomari nisi habeant quatuordeci annos ad minus. Et causa ẽ quia corpora puerorũ sunt faciliter resolubilia a calore extraneo ⁊ ideo debilitantur multũ ex euacuatione forti facta per fleubothomiã. Item quia indigẽt nutrimento duplici de causa scilicet propter nutrimentũ ⁊ augmentũ ideo minutio sanguinis non cõpetit eis. Item quia facile dissoluunt a calore extraneo sufficit quod ab eis dissoluitur quare non indigent fleubothomia. Et circa istud sciendũ ꝙ sicut fleubothomia non conuenit pueris predictis sed cauenda est ita etiã est cauenda ĩ magna etate scȝ senii vt vult Galienus nono megategni quia secundũ Galienũ et halp tercia tegni in cõualescentibus et senibus est paucus sanguis bonus et multus malus fleubothomia igit rapiet bonũ et dimittet malum vt innuit Auicẽna quarta primi ca. vicesimo de fleubothomia: et ideo in talibus non cõpetit fleubothomia. Secundo ponit nocumentuȝ fleubothomie et est ꝙ spiritus vberiores exeunt per fleubothomiã Cuius ratio potest esse qr cũ multa euacuatiõe sanguinis que fit per fleubothomiã necesse ẽ etiã multitudinẽ spirituũ euacuare. Tercio tãgit remedia per que spiritus emissi refocillantur et iterato multiplicantur. Et dicit ꝙ ex potu vini subito regenerantur spiritus quia om

nium subito nutrientiũ maximũ est vinũ vt prius dictuꝫ est. Et spiritus etiã regenerãt et refocillant ex cibo sed hoc fit lente et nõ subito sicut ex vino. Et cibus qui debet dari erit digestibilis et multi sanguinis generatiuus sicut oua sorbilia et similia. Et circa istud sciendũ est ꝙ licet cibus regeneret spiritus post fleubothomiã tamen debent cauere patientes a multo cibo in prima et secũda die. Unde dicit ysaac in dietis cibus est eis minuẽdus et potus augendus scilicet respectu cibi nõ tamen respectu sue consuetudinis pmo minus debent bibere ꝙ ante fleubothomiã quia virtus digestiua debilior est. Quarto ponit autor .xi. iuuamenta fleubothomie debite facte. Primũ est ꝙ temperata fleubothomia cõfortat visum quia minuendo humores etiã minuit effumationẽ ad caput et repletionem eius offuscantes visum. Secundũ est ꝙ clarificat et sincerat mentẽ et cerebrũ propter similem causam. Terciũ est ꝙ calefacit medullam quia minuit superfluitates que ad eam venientes ipsam infrigidant. Quartũ est ꝙ purgat viscera id est interiora quia exonerata natura a sanguine humores crudos in interioribus cõtentos melius digerit. Quintum est ꝙ fleubothomia restringit vomitũ et fluxum ventris quia diuertit humores ab interioribus ad exteriora. Et istud vult Auicẽna loco preallegato dicens. Amplius fleubothomia propterea ꝙ ad diuersum trahit naturã secũdum plurimũ retinet. Et istud maxime verũ est quando fleubothomia fit de venis brachii. Nam fleubothomia facta de venis pedũ nõ sic retinet. Potest tamẽ per accidens contingere ꝙ ad fleubothomiã sequatur maior fluxus ventris. et hoc dupliciter. Primo quia ex fleubothomia facta tollitur onus nature. tunc eni virtus cõfortata aliquãdo prouocat alias euacuationes. Secundo si fluxus ventris fiat ex multa debilitate virtutis cõtenti=

ue tunc eni quia ex fleubothomia debilitat virtus magis augebit fluxus ventris. Sextū est q fleubothomia facit puros sensus qr minuit euapzationē ad caput vñ turbant sensus. Septimū est q ipsa iuuat somnū impeditū qr per ipsam euacuant humores plurimi a quibus eleuant vapores acuti et diuersi impedietes somnū. Octauū est q ipsa tollit tedia et grauitates nimias qr per ipsā virtus exonerat a suo grauamine. Et etiā educto per ipsam sanguine educit simul melancolia fex sanguinis q inducit tedia et grauitates. Nonū est q ipsa cōfert auditui qr per ipsaz diminuunt vapores et humores ascēdentes ad caput ipedietes auditū. Decimū est q ipsa cōfert voci qr per ipām diminuūt superfluitates et humiditates q possent peruenire ad pectus vel cannā pulmonis et impedire vocē. Undecimū est q ipsa auget vires qr per ipsam corpus a suo grauamine exonerat quare virtus augmentatur.

Textus

Tres insunt istis Mayus September Aprilis
Et sunt lunares sunt velut ydra dies
Prima dies primi postremaqz posteriorum
Nec sanguis minui nec carnibus anseris uti
In sene vel iuuene si vene sanguine plene
Omni mense bene confert incisio vene
Hi sunt tres menses Maius September Aprilis
In quibus eminuas ut longo tempore viuas

Commentum

In hoc textu autor tria facit. Primo dicit q isti tres menses scilicet Mayus September Aprilis sunt menses lunares et in eis sunt dies prohibiti a fleubothomia videlicet prima dies Maii et ultima Septembris et Aprilis. Et istud cōmunes dicunt. Veruntamen est dictū fictum nec alicuius valoris ymmo predicti dies possūt esse ita boni et

electi sicut et alii secundū q diuersa cōstellatio in eis potest esse. Et subdit autor q in talibz diebus nulli vesci debent carnibz anseris qd etiā falsum est et erroneum ⁊ magis sortilegio attribuendū. Et forte autor istud habuit a iudeis qui istū ritum obseruant. Secundo dicit q senex a senectute et nō a senio ⁊ iuuenis venas plenas habentes sanguine minui possunt omni mense. quia isti nō facilit resolubiles sūt nec in eis solū paucus est sanguis bonꝰ pmo multus. Tercio dicit q incisio vene pro regimine sanitatis custodiende debet fieri in aliquo istoꝝ triū mensiū qui sunt Maius. Septēbris et Aprilis differēter tū qz in aprili et Mayo debet incidi vena epatis ꝓpter multiplicationē sanguinis eo tpe cū sit tempus vernale. et i septembri vena splenis propter melancoliam que tunc habet multiplicari cum sit tempus autumnale.

Textus.

Frigida natura. frigens regio. dolor ingens.
Post lauachrū. coytū. minor etas atqz senilis.
Morbus prolixus repletio potus et esce.
Si fragilis vel subtilis sensus stomachi sit.
Et fastiditi tibi non sunt fleuthomandi.

Comentum.

Hic autor ponit duodecim que impediūt fleubothomiā pmū est frigiditas cōplexionis. Cū eni scdm galienū in megategni fleubothomia infrigidat tūc augmētaret frigidatem. Causa autē quare fleubothomia infrigidat est quia scdm ysaac in vrinis sanguis est fundamentū caloris naturalis. i. illd in quo calor naturalis seruatur. et qz fleubothomia sanguinē euacuat: ideo et calorē naturalē et tunc per cōsequens infrigidat. Secundū regio frigida vehemēter sub qua debet cōprehendi tempus multū frigidū quod etiā prohibet fleubothomiā. qz in regione ⁊ tē

pore multū frigidis sanguis in profūditate corporis iclu ditur. et ille qui circa extremitates existit a frigiditate cō= densatur et ineptus fit ad hoc ꝙ fluat. Terciū est inten= sus dolor sub quo etiam potest cōprehendi nimia corpo= ris inflāmatio. qr si in istis accidētibus fieret fleubotho= mia sequeret̄ motus agitatiuus qui est cōtrarius nature cū sit difformis et maior inflāmatio que etiā est naturaꝫ magis debilitans. Et causa motus agitatiui in dolore i= tenso ē quia fit tractus ad diuersas partes. per fleutho miā eni fit tractio ad locū fleubothomatū. et ex dolore for ti fieret tractio ad locū doloris. Causa vero maioris inflā mationis est qr ex fleubothomia ꝯmouent̄ humores qua re magis inflāmantur ex motu. Et istud verū est qn̄ fleu bothomia fit parua et artificialis. Si tn̄ fiat vsqꝫ ad sin= copi prodest in predictis casibus. qr ista cū vincit attractio nē doloris nō facit motū agitatiuū. Et similiter tollit in= flāmationē cū non sint humores ibi qui cōmoueātur ꝛ ca lefiant et maiorē inflāmationem inducunt. Et istud vo luit galienus in cōmento illius amphorismi prime parti cule amphorismoꝝ que egerūtur cū dixit ꝙ nō est melior medicina in aptāte vehementis inflāmationis et similit̄ in febribus et dolore forti ꝙ̄ fleubothomia. Quartuꝫ est balneū et maxime resolutiuū. tale eni ꝓhibet fleubotho= miā quia tale etiā est euacuatiuū iam natura non facile tolerat euacuationē sup euacuationē. Quintū est coyt⁹ imediate p̄cedens. Post talem eni nō statim debet fieri in cisio vene: quia ex hoc maxima debilitatio nature sequere tur cū per coytum prius natura debilitata sit. Sextū est etas maior vel minor ꝙ̄ requirit̄ ad fleubothomiā. sicut etas infantie et etas senii. prout declaratū est prius. Et ista impedimēta tangit auic. loco p̄allegato dicens. Tibi quoqꝫ cauere debes a minutione in cōplexione vehemen

tis frigiditatis et in regionib3 fortis frigiditatis et in ho
ra fortis doloris:et post balneū resolutiuū ꝛ post coitū et ī
etate q̄ est minor .xii. ānis senū ꝑtomagis pteris nisi ī fi
gura cōfisus fueris ꝛ ī soliditate musculoꝝ et venaꝝ āpli
tudine et eaꝝ repletiōe et coloris rubedine. Et vlteri⁹ sub
dit hos nāq3 ex adolescentibus et senibus fleubothomare
audebis. Adolescētes tū secundū ordinē ad fleubothomā
dum paulatim prouehere debes cum pauca minuitone.
Septimū est morbus prolixus quia tūc ex tali fleubotho
mia natura dupliciter debilitatur puta a morbo prolixo
et a minutione. Et istud est verū scdm auic. loco p̄allega
to. nisi sāguis affuerit corruptio quia si sic fleubothomia
potest cōuenire. Octauū est nimia repletio potus. Nonū
est nimia repletio cibi sub qua etiam cōprehendit̄ indige
stio cibi. Et causa hoꝝ est quia secundū auic. in primo. at
trahentia sunt tria scilicet vacuū calidum et tota species.
Si ergo vene per fleubothomiā a sanguine euacuarent̄
cibum indigestū vel superfluū siue potum superfluum a
stomacho vel epate attraherent qui indigestus veniens
ad membra nō corrigeret̄:quia tercia digestio nō corrigit
peccatum secunde sicut nec secunda prime si peccatum sit
magnū propter quod in mēbra non cōuerteretur sed ibi
remanens posset esse causa egritudinis. Decimū est fragi
litas. i. debilitas virtutis. fleubothomia eni est fortis eua
cuatio secundū galienū secunda amphorismoꝝ in comen
to illius in quo morbo sed virtus debilis non potest pati
motum fortē. Undecimū est subtilis sensatio orificii sto
machi quod p̄cordium dicit̄ qꝛ ex fleubothomia in tali fa
cile sequitur sincopis. Et sub isto etiam cōprehendit̄ debi
litas stomachi et facilis fluxus colere ad orificium ei⁹ in
ducens ad vomitum facilem colere. Unde in habentibus
predicta accidentia non cōuenit fleubothomia. Per fleu

bothomiam enim humores cōmoti ad os stomachi indu=
cerentur tanq̄ ad locum consuetum. et quia membrum est
debile et impotēs illi fluxui resistere: ideo illis multa ma
la per fleubothomiā accidunt. Et hec est vna causa quare
quandoq̄ aliqui in fleubothomia sincopizant scilicet q̄a
colera ad stomachum fluit que mordicando stomachum
ex compassione cordis et stomachi sincopī inducit. Duo=
decimū est fastidium. si enim in fastidio fieret fleubotho=
mia cum bene euacuarentur traherent ad se materiā ma
lam facientem fastidium. Et plurima istorum sex vltimorum
accidentium tangit auicenna loco preallegato. Et circa
istud est sciendum q̄ preter predicta accidentia sut adhuc
aliqua alia etiam impedientia fleubothomiā. quorum pri=
mum est alia euacuatio vt quando est fluxus menstruo=
rum aut emorroydarum tunc enim non debet fieri fleubo=
thomia. et hoc ad euacuationem licet ad diuertendū flu=
xum seu materiam posset fieri. Secundū est corporis siue
compositionis raritas quia a corporibus raris multū dis=
soluitur et ideo sufficit ista exsolutio nec euacuatione indi=
gent. vt vult galienus nono megategni. Tercium est hu
morum cruditas et viscositas tunc enim est cauenda fleu=
bothomia quia augmentaretur cruditas humorum et pro=
pter hoc in morbis longis non est facienda fleubothomia
quia cruditas humorum augmentaretur et virtus debilita
retur et morbus prolongaretur. et ideo timendum esset
de casu virtutis. Et propter hoc vult auicenna q̄ in mor=
bis cronicis facienda est farnacia ante fleubothomiam:
et non est fleubothomia añ facienda licet vtraq̄ indigeāt
patiētes. Sz cruditas hūorum potest accidere duabz de cau
sis. vna cā est ppt abundantiā hūorum calorē naturalē suffo
cantiū q̄ debilitat⁹ ꝛ suffocat⁹ hūores crudos generat ꝛ tūc
bene cōpetit fleubothomia. Vñ scdm alexandrū secūdo li

bro suo ca. de porropisi flōmia in principio pprozarce cōpetit cum prouenit ex multitudine sanguinis menstrualis cū prohibeant fluere mēstrua ppter cām aliquā: aut ex multitudine sāguinis emorropdalis quia sicut ignis paruus sub multa lignoꝝ cōgerie suffocat: similiter est de calore innato suffocato sub humoruꝫ multitudine. Secunda causa cruditatis humoꝝ est caloris innati debilitas vt in illis qui sunt debilis cōplexionis et qui habuerūt longaꝫ egritudinē et i senibus et tunc nō cōpetit fleubothomia quia per hoc augeret cruditas qr sanguis in quo calor cōseruatur extraheret et ita corpus infrigidaret et humores magis incrudarent. debet ergo sanguis dimitti vt humoruꝫ cruditatē digerat. Quartū est aeris indebita dispositio et nimia caliditas aut nimia frigiditas quia per caliditateꝫ multā fortis fit resolutio et per frigiditatē multā inceptificatio humoꝝ ad fluxum

Textus.

Quid debes facere quando vis fleubothomari
Vel quando minuis fueris vel qn minutus
Vnctio siue potus lauachrum vel facias motus
Debent nō fragili tibi singula mente teneri.

Commentum.

In hoc passu autor ponit quinqꝫ que debent fieri circa fleubothomiā aliqua quidē ante fleubothmiā aliqua in fleubothomia et aliqua post fleubothomiā. primū est vnctio que aliquando fit in fleubothomia sicut vnctio fleubothomi vt dolor leniat: aliquādo vero post fleubothomiā vt cōsolidatio vulneris retardet ad hoc vt post fleubothomiā humores relicti in venis aliquā possint habere respirationē et tunc aliqui mali exalēt. Secundū est potus et maxime vini q valet in fleubothomia si sincopis accidat et etiā valet post fleubothomiā p regeneratione nouorū spirituū et noui sanguinis et isto modo iam faciunt cōes

Tercium est lauachrũ.i.balneũ quod valet per duos vel tres dies ante.et per duos vel tres post fleubothomiam et non eodẽ die. Ante quidem si quis timeat ꝙ habeat in se humores grossos:quia balneũ humores dissoluit et cõmouet eos.et propter hanc causam etiam competit ante acceptio sirupi acetosi et motus vt humores dissoluant et subtilientur. Et ergo quando debet fieri fleubothomia debet fricari brachiũ vt humores existentes in venis propinquis brachio subtilient et pparentur ad exeundũ facilius. Post fleubothomiã vero valet vt reliquie humoꝝ et vapoꝝ derelicte resoluant. In die vero fleubothomie nõ cõuenit quia per balneũ cutis lenis fit que lenificata per cussionẽ factam in fleubothomia fugit.et hoc est periculũ Quartũ est fascia.i.ligatura cum pannis lineis que valet post fleubothomiã imediate ad retinendũ fluxũ:et ante fleubothomiã ad trahendũ humores ad locum vbi querit fleubothomia vt ex eo etiã vene ingrossent et melius videãtur Quintũ est motus siue ambulatio moderata que potest fieri ante. vt humores dissoluãtur et subtiliẽtur.et post ad resoluendũ reliquias humoꝝ ex fleubothomia derelictas. Circa pdicta sciendũ est ꝙ cõmunes se faciũt fleubothomare ieiuni.sed quibusdã doctoribz melius videt et cõueniẽtius ꝙ ante fleubothomiã primo vnũ ouũ sorbeant molle:cum vno haustu vini circa nonã vel decimam horã ante prandiũ. et statim postea se fleubothomari faciant. Et huius causa est quia stomacho vacuo natura fortius sanguinẽ retinet ne deficiat in nutrimento.sed cũ cibus qui de se multũ nutritiuus est sit in stomacho cuiusmodi sunt oua sorbilia et vinũ,tũc natura melius sãguinem exire permittit.

Textus.

Exhilarat tristes iratos placat amentes.

Ne sint amentes fleubothomia facit.

Cōmentum.

In hoc passu autor ponit tres effectus fleubothomie. Primus ē q fleubothomia exhilarat .i. letificat tristez hominē. Secūdus est q fleubothomia placat iratos. Et causa vtriusq est qr in sanguine qn̄ multa cōmiscet melancolia fit tristicia. et qn̄ multa colera fit ira cū melancolia sit causa tristicie et colera ire. iam vterq istoꝝ duoꝝ humoꝝ educitur eductione sāguinis qr ei cōmiscetur. Tercius est q ꝓhibet amantes ne insaniāt qr facit hūores fluere ad partes exteriores et a capite diuertit. Pro maiori declaratione sciendū est q quinq sūt cause ꝓpter quas debet fieri fleubothomia. quaꝝ prima est directa et alie quatuor indirecte. Prima que est directa est vt abundantia sanguis euacuetur siue abundet sanguis in qualitate siue quātitate siue vtroq modo. Naz scd̄m auic. loco p̄allegato duo genera hoīm sunt fleubothomanda. quoꝝ vnū est ille modus hoīm qui iam parati sunt incidere in egritudines vt qui habent abundantiā sanguinis in quātitate et reliquū genus est genus illoꝝ hoīm qui iam egritudinē inciderūt propter humoꝝ siue sanguinis maliciā. Sed differt fleubothomia ista et illa qr propter sanguis abundantiā debet fieri multa fleubothomia. sed si in qualitate peccet siue sit maliciosus tūc cōpetit fleubothomia pauca. vn̄ secundū galienū nono megategni. si sanguis sit malus in corpore debet euacuari paulatiue. Et ideo peccant multū illi qui qn̄ vidēt sanguinē malū fleubothomāt se quousq videant sanguinē bonū exire cū forte prius totus sanguis exiret q̄ bonus exiret. sed debet fieri pauca euacuatio. et tūc scd̄m galienū in casu isto priu q̄ fiat fleubothomia debet dieta bonū sanguinē generans exhiberi. vt loco mali sanguinis bonus sanguis generet̄. et postea de=

bet fieri post modicū tempus fleubothomia pauca. et sic deinceps. Ista fleubothomia est directa qꝛ fit p se ad euacuationem illius quod per se debet per fleubothomiam euacuari scilꝫ ad euacuationē plenitudinis humoꝝ siue sanguinis principaliter. tamen scd̃m ꝙ cū eo sunt alii humores. Prima causa indirecta est magnitudo morbi ⁊ magnitudo aptantis vehemētis inflāmationis. qꝛ scd̃m galienū in cōmento illius amphorismi. Que egeruntur. ⁊c. Non est melior medicina in aptante vehemētis inflāmationis et in febribꝫ ⁊ dolore forti ꝙ̃ fleubothomia. vt etiā dictū est ibi. Frigida natura. Secunda causa indirecta est vt attrahatur materia ad partem illā per quā debet euacuari materia vnde in retentione mēstruoꝝ et emorropdaꝝ debet aperiri sophena scd̃m galienū et auic. vt trahatur materia sanguinis ad inferius. Tercia causa indirecta est vt hūores trahātur ad locū contrariū illi loco ad quē fluunt hūores. et hoc ad diuertendū materiam a loco ad quem fluunt hūores vnde in nimio fluxu menstruoꝝ debet fieri fleubothomia de basilica vt trahatur materia ad contrariū loco ad quē declinat et diuertatˀ a suo fluxu. Et propṫ hoc in pleuresi sinistre partis debet fieri fleubothomia in parte dextra vt diuertatˀ materia ⁊ attrahatur ad locum contrariū loco ad quē declinat et similiter si sit in parte dextra debet fieri fleubothomia in parte sinistra. Quarta causa idirecta ē vt p fleubothomiā vna porcio materie euacuetˀ et natura potētior sit supra residuū ⁊ sic cōpetit fleubothomia quādo repletio ē in corpore ne fiat apostema qꝛ natura ē debilis respectu regiminis illoꝝ hūoꝝ ido vna porcio illiꝰ maṫie ē euacuāda ne ꝓpṫ īpotētiā nature in regēdo illā maṫiā illa maṫia fluat ad aliquē locū debilē in quo aggregetˀ ⁊ apostema generet.

Textus.

Fac plagam largam mediocriter vt cito fumus.

Exeat uberius liberiusque cruor.

Comentum.

In hoc passu autor ponit unu documetu de qtitate scissure in flomia. Et dicit q scissura debet esse larga mediocriter ut fumus et grossus sanguis liberius exeant. quia quando scissura est stricta tunc solum subtilis sagnis exit et grossus remanet. Circa istud est sciendum q aliquando in fleubothomia debet fieri vulnus magnu et aliqn paruu. Debet autem fieri vulnus magnu tribus de causis. Primo quia humores sut grossi: et grossus sanguis e euacuedus ut per illud vulnus magnu sanguis facilius possit exire. et ergo in melancolicis faciendu est magnu vulnus. Secundo propter temporis frigiditatem: quod humores ingrossat. et ergo in hyeme debet fieri vuln9 magnu. Tercio propter abundantia humorum: quia tunc melius fit euacuatio per vulnus magnu q paruu. Sed vulnus paruu fit cum est virtus debilis. ut de spiritibus et calore minus euacuetur. Et in tempore calido eadem de causa et quando est sanguis subtilis.

Textus.

Sanguine substracto sex horis est vigilandum.
Ne somni fumus ledat sensibile corpus.
Ne neruu ledas non sit tibi plaga profunda.
Sanguine purgatus non carpas protinus escas.

Comentum.

In hoc passu autor tangit tria consideranda circa fleubothomia. primu est q fleubothomatus no debet dormire imediate post fleubothomia: nisi ad minus transiuerint sex hore. Et huius subdit autor causam ne fumi qui scilicet in somno causatur moti ad caput ledant cerebrum. Alie tamen possunt assignari cause. quarum prima est ne in somno vertat se patiens supra brachiu fleubothomatu.

et per hoc ledatur. Secunda est ne humores in somno fluant ad mēbrū lesum in quo ē dolor propter ictū fleubothomi et fiat apostema. vñ Galienus secunda amphorismorum super illo amphorismo in quo morbo vult ꝙ in sōno si fiat apostema intra corp⁹ aut mēbrū sit lesū ad ipsuꝫ fluunt humores. Avicenna vero aliā assignat causā scꝫ ꝙ per talem somnū posset accidere confractio membrorū Et istius causa potest esse quia sicut secundū Galienum super illo amphorismo in quo morbo ꝛc. somnus in principio paroxismi non competit quia calor naturalis ad interiora regreditur et exteriora infrigidātur ꝛ fumi remanent nō cōsumpti propter quod rigor augmētat̄ et paroxismus etiā prolōgat̄ sic etiā fumi per cōmotionē humorū ꝛ in fleubothomia ad neruos ad lacertos eleuant̄ q̄ nō consumpti remanentes in somno infrigidant̄ in exterioribus et ingrossant̄ et ideo faciūt neruoꝝ et lacertoꝝ confractionē si fiat superdormitio immediate pōst fleubothomiā. Alia causa potest esse quia materiā ingrossans est faciens cōfractionē sicut in quartana in cuius typo fit confractio propter frigiditatē et grossiciē materie sed nerui et lacerti sunt frigidi ideo ad ipsos veniēs iste fumus in somno in quo fit retractio caloris ad iteriora infrigidatur et ingrossat̄ et iste fumus infrigidatus et ingrossatus frigiditatē et ingrossationē inducit in membro siue confractionē quia ad membrū cōsimile properāt egritudines cōsimiles. Et istud verū est de somno fleubothomie vicino et nō de remoto postꝙ fumi illi fuerint consumpti. Secūdum quod dicit est ꝙ fleubothomans debet cauere ne faciat nimis profundā aperturaꝫ in minutione ita ꝙ cum fleubothomo ledat neruū vel arteriā bene suppositos. Nam ex lesiōe nerui sequit̄ spasmus ex quo vlterius acerbissima mors sequit̄ vel ad minus perditio membri puta

brachii vel digiti et cetera. Et ex lesione arterie sequit fluxus sanguinis arterialis difficilime curabilis. Terciu est q fleubothomatus non debet ilico id est immediate post fleubothomia cibu sumere sed debet expectare quousqz in eo humores fuerint quieti ne cibus ante eius digestionez ad subueniedu membro leso cu sanguine simul attrahat.

Textus

Omnia de lacte vitabis rite minute
Et vitet potum fleubothomatus homo
Frigida vitabis quia sunt inimica minutis
Interdictus erit minutis nubilus aer
Spiritus exultat minutis luce per auras
Omnibus apta quies est motus valde nociuus.

Commentum.

Hic autor ponit quinqz vitanda ab ipso fleubothomato. quor primum est q flebothomatus debet vitare lac et lacticinia. Cuius causa est qr ex cõmotiõe humor per fleubothomia sepe fluunt humores aliqui ad stomachuz. Si ergo lac sumeret ex cõmixtione illor humor lac in stomacho corrumperet ex quo de se maxime corruptibile est. Et etiã lac ppter dulcedinẽ eius posset trahi indigestũ ad venas. Et propter cõmotionẽ humor facile corrũpi. Scdm est q fleubothomatus debet cauere a potu nimio qr propter euacuationẽ venar talis potus traheret facile ad venas indigestus prout prius dictũ est. Terciũ est q fleubothomatus debet vitare oia frigida tam intus sũpta q exterius adhibita puta cibaria multũ frigida: aerem frigidũ: balneũ frigidũ: tenuitatẽ vestiũ: sessionẽ supra petraz: frigiditatẽ capitis vel pedũ qr cũ calor naturalis per fleubothomiã debilitatus est corpus facile superflue infrigidaret. Quartũ est q fleubothomatus non debet ambulare in aere tenebroso nebuloso turbato quia talis cõtrista

animã et pigriciẽ in corporibus inducit vt prius dictũ est ibi. Aer sit mundus: iam tristicia causa est sanguinis melancolici. Sed debet ambulare in aere claro et lucido quia in tali aere spiritus vitales naturales et animales recreãtur et ad extra mouentur congaudentes simili. Quintum est ꝙ fleubothomatus debet querẽ quietẽ temperatã similiter et motũ excessiuũ vitare quia motus excessiuus tunc maxime debilitat et humores commouet: quies vero temperata motum sedat.

Textus

Principio minuas in acutis perperacutis
Etatis medie multũ de sanguine tolle
Sed puer atq̃ senex tollet vterq̃ parum
Ver tollet duplũ reliqum tempus tibi simplum.

Commentum

Hic autor dicit quatuor. pmũ est ꝙ fleubothomia facienda est in principio egritudinũ perperacutarũ .i. maxime acutarꝫ q̃ scz terminant in die quarto qr tales sunt breues nec dant inducias et ideo a principio medicande sunt. Secũdũ est ꝙ in etate media scz que est a tricesimo anno vsq̃ quadrasimũquintũ vel quinquagesimũ annũ plus de sanguine extrahendũ est q̃ in aliqua aliarꝫ etatũ qr in tali etate maxime multiplicat sanguis et eius substractio nõ impedit augmẽtũ nec diminuit virtus corporis quia corpus i tali etate nõ auget neq̃ diminuit sensibiliter sed stare videt. Terciũ est ꝙ senes ⁊ pueri parũ fleubothomãdi sunt qr in pueris sanguis multus requirit ꝓpter nutritionẽ et augmẽtationẽ in eis. Et in senibꝫ virtus incipit debilitari. Quartũ est ꝙ in vere dupla quãtitas sãguinis abstrahẽda est per fleubothomiã respectu alioꝝ tẽpꝝ. Cuius rõ ẽ qr ver ẽ tpũs maxie multiplicatiuũ sãguinis secũ

dum oēs autores medicine. ¶ Circa primū dictū pro maiori declaratione ponēde sunt alique regule circa fleubothomiā: quarū prima est ꝙ in principio morbi nō est faciēda fleubothomia. medicus eni est minister nature scd̄m galienū tercia tegni canone illo. Omniū natura operatrix medicus vero minister. Sed scd̄m galienū quarta amphorismorꝝ in cōmento illius egritudinibus quibuscunqꝫ incipientibus nulla euacuatio in principio morbi est naturalis. Sicut ergo natura in principio morbi nō euacuat ita nec medicus. Illud tamē in tribus casibus habet instātiā primo in materie furiositate. ¶ Unde auicēna loco sepe allegato vult ꝙ in principio morbi fleubothomiā nō debet fieri quia fleubothomia humores cōmoueret et subtiliaret et currere per corpus faceret nisi materia sit furiosa. Secundo habet instantiā in materie multitudine. Unde galienus super illum amphorismū. Inchoantibus morbis vult ꝙ oportet fieri fleubothomiā aut farnatiā vt natura alleuiet que scꝫ onerata est propter materie multitudinē. Tercio habet instantiam in morbi magnitudine et acuitate vt quando est apostema magnū et dolorosum licet nō sit multa materia scilicet antecedens in corpore. Unde dicit Galien⁹. xiii. megategni. Si apostema sit magnū fleubothomet in principio licet nō sit materie multitudo ne crepetur aut aperiatur apostema ante sui maturationem. Ergo vt mala sinthomatha vitent minutio est facienda. Secunda regula ē ꝙ nō fiat fleubothomia in die motus egritudinis sicut in crisi nō est facienda fleubothomia nec aliqua euacuatio ne materia a loco ad quē natura mittit ipsaꝫ diuertatur. Similiter neqꝫ in paroxismo Unde scd̄m galienū prima amphorismorꝝ. In statu neqꝫ fleubothomia neqꝫ farmacia fieri debet quia in eo fit cocio morbi que melius fit in quiete ꝙ̄ motu. Sed sicut se habet status ad morbū totaleꝫ ita paroxismus respectu

dierum interpolationis. sicut ergo in statu non est euacuandū: ita nec in paroxismo. ¶ Tercia regula est ꝙ fleubothomia nō est facienda in principio morbi cū crisis est remota. quia secūdū ysaac in vrinis sanguis est fundamentū caloris naturalis ipsū scilicet sustinens. licet cor sit fūdamentū generans et spiritus fundamētū depurtās. sed sāguis est fundamētū caloris naturalis: quia ex eo materialiter generatur calor naturalis. et ideo aliquis sanguinē euacuando euacuat calorē qui materiā morbi habet digerere. et per cōsequens morbus prolongatur et virt⁹ debilitatur. propter quod timendū est ne propter longitudinem morbi et debilitatem virtutis natura succumbat.

¶ Quarta regula est ꝙ in corpore habente fecē in intestinis non debet fieri fleubothomia. Cuius causa est q₃ tria sunt attrahentia scilicet calidū vacuū et tota species. quia ergo per fleubothomiā vene euacuant̄ que a mēbris sibi propinquis attrahūt et ita meseraice a stomacho venter plus cōstipatur et materia contenta in venis plus inficitur et meseraice attrahūt humiditatē fecū et feces pl⁹ desiccant̄. Debet ergo vēter primo leniri. vt per suppositoria aut clisteria nisi per se laxetur. ¶ Quinta regula est ꝙ nō debet fieri fleubothomia multa q₃ ex hoc malū accidit in senio. scilicet multi morbi mali. sicut epilentia appoplexia et paralisis. quia propter remotionē sanguinis et caloris generātur multe superfluitates fleumatice que sunt cause harū egritudinū. ¶ Sexta regula est ꝙ nō debet fieri fleubothomia in muliere mēstruata aut impregnata. In impregnata nō debet fieri. quia per hoc calor digerēs cibū diminueret̄ et nutrimentū fet⁹ auferretur. et maxie quādo fetus est magnus cū tūc indiget āpliori nutrimento. Et istud dicit ypocras quita āphorismoꝝ. In menstruata vero naturaliter sc₃ scd₃ reuolutōnē mensis nō debet fieri flōmia. q₃ in fluxu nimio mēstruoꝝ esset facienda: ad

diuertendū materiā sed quādo eueniunt naturaliter et se=cundū debitū cursū nature tunc nō debet fieri fleubotho=mia cū materia euacuetur sufficienter a natura, et natura nō debet diuerti ab operatione. ¶ Septima regula est qꝫ post colericā passionē non debet fieri fleubothomia. Cum enim fleubothomia cōmoueat humores p hoc posset hu=mor colericus ad stomachū fluere et ipsum inflamare. nec debet fieri post vomitū ne similiter humores fluāt ad sto machū. neqꝫ post fluxum ventris neqꝫ post vigilias ma gnas. neqꝫ post motum fortē. et breuiter nec post vllum calefaciens multū aut multū dissoluens. quia fleubotho mia humores plus cōmoueret et virtutem magis debili=taret. Deinde videndū est in quibus hominibꝫ competit fleubothomia. Et pro illo ponende sunt aliq̄ regule. qua rū prima est qꝫ fleubothomia cōpetit hominibꝫ delicatis. ociosis et quiescentibꝫ. multū carnosis et cibis multū san guinē generantibus vtentibus. ¶ Secunda regula est qꝫ fleubothomia conuenit illis in quibus est abundātia san guinis. quod cognoscitᷣ per vrine spissitudinem. Abundā tia eni sanguinis facit eam spissam sed colera subtilem.

¶ Tercia regula est qꝫ fleubothomia debet fieri in illis in quibus melancolia abundat. Unde cū est multa melanco lia naturalis currens cum sanguine per totū corpus quia sangwis in epate ab ea non mundificatur: tunc competit fleubothomia siue minutio postea farmacia. Unde du=plex est melancolia. naturalis et innaturalis. ¶ Naturalis est fex sanguinis que quando abundat ipsa est currēs cū sanguine quare cū sanguie per fleubothomiā euacuatur. Ideo facienda est fleubothomia ad eius euacuationē cū sāguie. ab eodē eni calore scꝫ a calore tēperato fiūt sāguis et melācolia q̄ est eius fex et postea facienda est farmacia.

¶ Quarta regula est qꝫ i illis in qbꝫ timetᷣ hūoꝝ ebullitio cōturbatio et calefactio cōpetit flōmia. et isti statim q̄do

sentiūt se calefieri debent flōmari cū sit timor ebullitionis cōturbationis et calefactionis ꝑpter humoꝝ abūdātiam Aliquando tamen aliqui decipiūtur per istā regulā. quia stati quādo sentiūt calefactionē et timēt de humoꝝ ebullitione stati fleubothomāt se. Et quando istud est ex colere calefactione et incensione per fleubothomiā nō cessat calefactio nec ebullitio: imo ꝑ hoc augmētat̃ quia fleubothomia humores cōmouet et ꝑ corpus currere facit. Et ergo nō competit flōmia nisi hoc fit ex abūdantia hūorū. quod cognoscit̃ per sudoris multitudinē et maxime in mane. Aliqui enim sūt qui nō sudāt nisi quādo euacuatione indigent. ¶ Quita regula est ꝙ illis debet fieri flōmia qui habent forte virtutē et qui sūt sanguinee cōplexionis. nō frigide et sicce. Unde rasis septio almāsoris corpora apta ad fleubothomiā et que habēt venas āplas ꝛ manifestas et corpora pilosa et bruna et ex colore rubeo ꝛ fusco mixtis sūt colorata. et iuuenes et adolescētes et senes nō decrepiti. sed pueri et infirmi nō sūt minuendi nisi magna vrgēte necessitate. Et plurime istarū regularū colligūtur ex auicēna quarta primi ca. de fleubothomia.

¶ Textus.

Estas ver dextras. antūnus hiemsqꝫ sinistras.
Quatuor hec membra. cephe. cor. pes. epar vacuanda.
Uer cor. epar estas. ordo sequens reliquas.

¶ Comentum.

¶ Hic ponit autor aliqua concernentia membra euacuāda fleubothomia. Et dicit primo ꝙ in vere et estate debēt euacuari vene dextre. vt dextre manus vel dextri brachii vel pedis. Sꝫ in hieme et ātūno debēt fleubothomari vene sinistre. s. sinistre manus vel sinistri brachii vel pedis. Et istius cā potest esse quia ver est multiplicatiuū sāguis et estas colere. ergo i vere ꝛ estate debēt euacuari ille vene i

quibus magis abundant sanguis et colera sed ille sunt vene dextre quia in parte dextra corporis situatum est membrum generatiuum sanguinis scilicet epar et receptaculum colere scilicet cistis fellis. Secundo autumnus est generatiuus melancolie que etiam coaceruatur et non resoluitur per hyemem. ergo in autumno et hyeme debent fleubothomari ille vene in quibus magis dominatur melancolia que sunt vene sinistre cum in sinistra parte corporis contineatur splen qui est receptaculum melancolie. Secundo dicit quod ista quatuor membra scilicet cephe .i. caput. cor. pes. et epar secundum quatuor partes anni sunt euacuanda. cor quidem in vere. epar in estate. caput in hyeme. et pedes in autumno.

Textus.

Dat saluatella tibi plurima dona minuta.
Purgat epar. splenem. pectus. precordia. vocem.
Innaturalem tollit de corde dolorem.

Comentum.

Hic tangit sex iuuamenta prouenientia ex fleubothomia vene que dicitur saluatella et est vena in dorso manus in loco qui est inter auricularem digitum et medicum. Primum est quod ipsa purgat epar. Secundum est quod ipsa mundificat splenem. Tercium est quod mundificat pectus. Quartum est quod preseruat precordia .i. orificium stomachi a nocumento. Quintum est quod aufert nocumenta vocis. Sextum est quod aufert dolorem innaturalem cordis. Et ratio omnium iuuamentorum est quia predicta vena ab omnibus istis locis sanguinem euacuat. vt postea etiam patebit. Pro maiori declaratione predictorum sciendum est quod in fleubothomia aliquando aperiuntur vene et aliquando arterie. In apertione autem arterie est timor. Et huius causa potissima est nimius fluxus sanguinis quod duplici causa habet fieri in fleubothomia arterie. Vna causa est caliditas vehemens sanguinis arterialis. Calidum enim est facile mobile et arteriam dilatans et

aperiens. et ideo iuuat multũ ad euacuationẽ sãguinis ĩ fleubothomia arterie. Scđa causa est arterie mobilitas et ideo tardius in ea vulnus curat̃ qꝛ vulnera non sanãtur nisi quiescãt. Prodest tñ ista fleubothomia tripliciter. Primo cũ est in corpore sãguinis subtilis abũdantia. Secũdo qñ vaporosi. Tercio qñ calidissimi. sanguinis eni subtilis ex quo calor naturalis et spũs fiunt habita t in arteria. sꝫ sanguis grossus ex quo membra nutriũtur: in venis. Similiter sanguis vaporosus in arteria cõtinetur et sãguis sãguineus in venis. Sãguis etiã calidissimus qui a corde efficitur et digerit̃ quod est calidissimũ membrũ etiã cõtinetur in arteria. Alius aũt sanguis in venis. Secũdo sciendũ ꝙ venarꝫ aptio ẽ in multis mẽbris. Aliquãdo in brachio siue manu magna. Aliqñ in parua. Aliquãdo in pede. Aliqñ in naso. Aliqñ in fronte. Aliquãdo in labiis. Aliquãdo sub lingua siue in palato. Aliqñ in ãgulis oculorꝫ versus frontẽ. In manu maiori que est ab ascellis vsqꝫ ad cubitos sunt quiqꝫ vene aperiende scđm rasim septio almãsoris. et auic. loco preallegato. Una vocatur cephalica que est vena capitis. Scđa basilica. que est vena epatica. Tercia mediana siue cordiaca siue nigra scđm ꝙ vocatur ab auic. siue matrix sicut vocatur a rasi. Quarta ascellaris. Et quinta funis brachii. In manu minori est sceiles siue salnatella ꝛ ita in brachio scđm ꝙ cõtinet maiorẽ manũ et minorẽ sunt aperiende sex vene. Cephalica a partibus que sũt supra collum euacuat. et ideo passionibꝫ capitis valet vt in emigrania mania et in aliis calidis passionibꝫ siue ex materia calida. Unde ꝛ ista incipit siue oritur ab humero et tendit versus partem sinistrã brachii. Basilica euacuat imediate a partibus subcollo vt a pectore et epate. Unde in passionibꝫ pectoris epatis et similiũ valet. vnde valet in pleuresi. Et incipit ista ab ascellari ꝛ ten

dit ad partem domesticā brachii Mediana vero est media inter duas predictas in situ et in cōpositione quia ex eis cō=ponitur. Est eni ramus vtriusqꝫ. Et est etiā media in euacuatione quia vndiqꝫ euacuat et ab inferioribus partibꝫ sub collo et a collo et supra collū. Unde est vniuersalis toti corpori in euacuando. Non vniuersalis sicut dicūt quidā quia a corde oritur sed quia ramus est cephalice et basilice. Et ergo cū volumus fleubothomare de cephalica et non apparet debemus accipere magis medianā ꝙ basilicam et similiter cum volumus fleubothomare basilicā et nō apparet magis debemus fleubothomare medianā ꝙ cephalicā quia magis cōuenit cum vtraqꝫ ꝙ vna cum alia cum sit ramꝰ istarū et iste extrema. Seiles siue salnatella est vena que ē inter auricularem et medicum tendens plus versus medi=cum digitū. et oritur a basilica. et ista aperitur in dextra manu in opilatione epatis. et in sinistra manu in opila=tione splenis. Et quare hoc fit nescitur rōne sicut dicit auicenna. sed experientia. hanc eni inuenit galienus per somniū vt ipse dicit quia habebat quendā in cura habentē opila=tionē epatis et splenis ⁊ somniabat se fleubothomare patientem de illa vena. et sic fecit et curatus est. De ista fit fleubothomia ponendo manū in aqua calida quia subti=lis est. ideo vt ingrossetur et dilatetur et ne vulnus claudatur citius debito et vt sāguis grossus subtilietur. Assella=ris est illa que posita est sub basilica et illa apparet in ligatura brachii. et de ista idem est iudiciū cuꝫ basilica. Funis brachii est illa que est supra cephalicam siue os vltimū si=ue altius brachii versus partem siluestrem. Et est idē iu=diciū de ista et de cephalica. Licet ergo secundū auicēnam et galienū in apertione vene fit euacuatio vniuersalis a toto corpore non tamen ab oibus venis equaliter vt vi=sum est. Licet etiam vene a toto corpore euacuent, non ta

men in eis est timor equalis primo cephelica secundum Rasim septimo almansoris est securior. Et basilica ē magis timenda et cardiaca etiam multum est timenda licet minus q̄ basilica Cephalica est securior: quia neq̧ iuxta eam est neruus neq̧ arteria neq̧ supra eam. Sed sub cardiaca est neruus et altius supra eam est neruus subtilis ideo timendum est ne incidatur neruus. Basilica est periculosa valde quia est sub ea arteria et iuxta eam est neruus et musculus. et ideo est timenda valde. Seiles siue salnatella non est periculosa sed tamen subtilis est. et ido vt aperiatur melius est q̄ ponatur in aqua calida. In pede sunt tres vene scilicet sciatica. sophena. et vena poplicis. Et hee aperiuntur cum volumus trahere sanguinez ad partes inferiores vt in prouocatione menstruo℞ et illa que est in poplice secundum Auicennam magis valet q̄ sophena aut sciatica: quia propinquior est matrici. et ideo melius potest ab ea trahere. Sophena vero a virga testiculis et a matrice sanguinem attrahit. Sed sciatica ab anchis renibus et membris que sunt situata versus partem siluestrem melius trahit. Sophena vero a matrice et a membris positis versus partem domesticam licet sint rami vnius vene. In medio frontis est vena vna que aperienda est in antiquatis passionibus faciei vt in morphea et impetigine scabie et in passionibus oculo℞ prius tamē debet fieri minutio de cephalica. Et similiter est vna vena in naso. Et in vtriusq̧ apertione debet collū ligari et postea aperiri vna ante aliā. per ligationem enī colli melius manifestantur. In labiis etiam sūt vene que aperiūtur propter apostemata existentia in ore aut gingiuis cephalica tamen prius minuta. In palato sūt quatuor vene que si aperiātur valent fluxui reumatis ad den.

tes in eis faciens is dolorem. Et iste vene sunt manifeste et debent aperiri materia digesta. Itē quedā sunt vene in angulis oculorū versus frontē et aperiūtur in passionibꝫ oculoꝝ cephalica prius minuta. Item quedam sunt vene sub lingua que aperiuntur in squinancia cephalica prius minuta. Item vene que sunt in timporibus inciduntur propter emigraneam et propter dolorē magnū capitis et egritudinem capitis diuturnam. Et iste sunt quas vocat ypocras et auicenna iuueniles. quarū incisio reddit hominē impotentem generare. Item in collo etiam sunt vene q vocantur guides que minuende sūt in principio lepre. et maxime tamen anhelitus angustatur. vnde in squinancia impediente anhelitum minuuntur.

Textus

Si dolor est capitis ex potu limpha bibatur
Ex potu nimio nam febris acuta creatur.
Si vertex capitis vel frons estu tribulentur.
Timpora fronsqꝫ simul moderate sepe fricentur.
Morella cocta necnon calida qꝫ lauentur.

Comentum.

In hoc passu autor duo notat. Primū est ꝙ si dolor capitis accidat ex potu nimio et maxime vini vel alicuius alterius potus quo cōtingit hoīes inebriari tūc superbibi debet aqua frigida que sui frigiditate atqꝫ ingrossatione impedit ne fumi ex tali potu eleuati cerebrū ledant vel ad ipsū eleuētur. Scdm est ꝙ si sūmitas capitis vel frons nimio calore vexetur tunc debent timpora et frons moderate fricari et postea debent ex aqua decoctionis morelle calida lauari quia morella que a cōmunibꝫ medicis solatrū dicitur habet infrigidare quia frigida est.

Textus.

Temporis estiui ieiunia corpora siccant
Quolibet in mense confert vomitus quoqꝫ purgat

humores nocuos stomachi lavat ambitu omnis.
Ver autūnus hyems estas dñatur in anno.
Tempore vernali calidus sit aer humidusq3.
Et nullum tempus melius fit fleubothomie.
Usus tunc homini veneris confert moderatus.
Corporis et motus. ventrisq3 solutio. sudor.
Balnea purgentur tunc corpora cū medicinis.
Estas more calet siccat noscatur in illa.
Tunc quoq3 precipue coleram rubeam dñari.
humida frigida fercula dentur. sit venus extra.
Balnea non prosunt. sint rare fleubothomie.
Utilis est requies sit cū moderamine potus.

Cōmentum.

In hoc passu autor plura notat. Primū est q ieiunare multū exsiccat corpora in estate qr ex quo estas de natura sua est calida & sicca ipa resoluit hūiditates corporis q etiā resoluūtur per sudores in estate multiplicatos. & sic supueniente ieiunio corpora plus exsiccātur qr absente humido cibali calor nostri corporis agit in hūiditates ppias ipas exsiccando. Et ergo bene dicit ypocras septima particula aphorismoꝝ. corporib3 humidas carnes habentib3 famē adhibere cōuenit. fames eni corpora exsiccat. Scdm est q vomitus cōfert quolibet mense. qr per vomitū euacuant hūores nociui cōtenti in toto ambitu stomachi. Et istud etiā voluit avic. quarta primi ca. decimotcio de iuuamentis q affert vomitus cū dixit q ypocras p̄cepit vomitū fieri bis in vnoquoq3 mēse scil3 duob3 dieb3 cōtinuis vt scdo die expellatur illud quod primo die nō potuit expelli. Et per hoc scdm ypocratē cōseruatur sanitas cū talis vomit9 mūdificat stomachū euacuando fleuma & colerā. Stomachus eni nō habet aliquid quod mūdet ipm sicut intestina habent coleram rubeam ipa mundificantē. Et postea

auic.loco paliegio ponit plura alia iuuamenta vomitus bene facti. quorum primum est quod confert grauitati capitis et hoc verum est quando illa grauitas accidit ex materia humorali vaporosa perueniente a stomacho et mēbris inferioribus ad caput. Si enim grauitas capitis fieret a nocumento proprio ipsius cerebri tunc vomitus magis noceret quam conferret. Secundum est quod clarificat visum et hoc quando obscuratio visus prouenit ex materia vaporali perueniente a stomacho ad ipsos oculos. alias autem non. Tercium est quod aufert fastidium. i. nauseam et abhominationē remouendo et euacuando humorē a stomacho qui est causa fastidii. Quartum est quod cōfert ei ad cuius stomachum descendit colera corrumpēs eius cibum. Quintum est quod remouet abhominationē que fit propter vnctuositatē. Sextum est quod remouet casum desiderii et illud quod facit desiderare acutum ponticum aut acetosum. quia vomitus remouet causam omnium istarum dispositionum iam remota causa remouetur effectus. Septimum est quod confert laxitati. i. cachecie que precedit ydropisim euacuando materiam talis laxitatis et mundando stomachum. Octauum est quod cōfert vlceribus in renibus et vesica diuertendo materias currentes ad illa loca ad partem oppositam. Nonum est quod etiam confert lepre maxime quando fit cum vomitiuo forti sicut elleboro. quia talis vomitus euacuat materias que sunt in locis remotis et difficilis eradicationis ex quibus fit lepra. Etiam vomitus corrigit digestionē primam ex qua alie digestiōes melius fiunt vnde lepra peccat in corruptiōe digestiue. Decimum est quod cōfert malicie coloris in cute ex aliquo humore diuertēdo ipsum a cute. Vndecimum est quod cōfert epilentie stomatice euacuādo humorē cōtentum in stomacho. ex cuius effumatione causatur epilentia. Duodecimum est quod confert ycterice maxime illi que est ex opilatione

nam propter motũ fortem in vomitu materia opilãs cõmouetur et remouetur a loco in quo faciebat opilationẽ Similiter euacuatur materia fleumatica per vomitũ q̃ comuniter est causa istius opilatiõis. Decimũtertiũ est q̄ confert asmati euacuãdo materiã antecedentez ex stomacho que fouebat materiã asmatis. Et etiã calefaciẽdo mẽbra spũalia et pulmonẽ ex quorũ calefactione sequitur cõsumptio superfluitatum facientiũ asma. Decimũquartuz est q̄ confert tremori et paralisi euacuando materiã istarũ passionũ. Decimũquintũ q̄ confert habentibus vlcera nigra magna super partes extremas diuertendo hũores a partibus extremis. Et licet vomitus debite administratus ista cõferat iuuamenta superflue tamen factus multa inducit nocumenta: quia debilitat stomachũ et resoluit ipm et facit eum aptũ vt materie fluant ad ipm et obest pectori et visui et dentibus et antiquis capitis doloribz. etc. Prout dicit auicenna quarta primi capitulo decimoquarto. Tercium quod notat hic textus est q̄ quattuor sunt tempora anni scilicet. Ver Estas Autumnus et hyems. prout manifestum est. Et inter ista tempora ver est calidum et humidum. et hoc respectu aliorũ temporũ licet in se sit tempus temperamento attinens. vt vult galienus in de complexionibus. Et ex isto sequitur q̄ istud tẽpus magis aptuz est fleubothomie quia magis est multiplicatiuum humorum q̃ alia tempora. Et ergo etiam isto tempore potest conuenire moderatus vsus coitus et motus temperatus et vẽtris solutio siue fluxus et sudor temperatus et similiter balnea tẽperata ad diminuendũ repletionẽ. Et ergo etiã istõ tpũs aptũ ẽ ad purgationẽ corporis cũ medicinis. Quartũ est q̄ estas calefacit et exsiccat et ergo in ipa etiam mul=

tiplicatur colera rubea que calida est et sicca. Et ppt hoc etiam in estate fercula debent esse frigida et humida ad remouendum dispantiam caliditatis et siccitatis ex cplexione estatis inductam. Et debet fieri abstinentia coitus cū talis etiam exsiccet. Et abstinentia a multis balneis simili de causa. Et rara fleubothomia eadem de causa nisi necessitas hoiem compellat. Et debet fieri quies et paucus motus. quia quies humectat et multus motus nimiū exsiccat. Et debet homo predicto tempore vti potu cum moderamine et maxime frigido quia ex superflua sumptione potus frigidi propter apertionē poroꝝ aliquando seqtur subita infrigidatio corporis vel paralisis siue laxitas membroꝝ vel mors subita. A qua nos defendat qui eternaliter viuit et regnat.

Hoc opus optatur quod flos medicine vocatur.

Tractatus excellentissimus qui de regimine sanitatis nūcupatur. Finit feliciter.



★ ★ ARMY ★ ★
MEDICAL LIBRARY
Cleveland Branch